# Clemens VII.

## Regule domini nostri Clementis divina providentia pape VII[a]

[a] Regule - VII *Madrid 55; Berlin 861* De Clementis VII tangentibus familiares dominorum cardinalium*; RA 274 int. 1* Dominus Clemens tangens familiares dominorum cardinalium*; VL 3983* De Clementis VII tangentibus familiares dominorum cardinalium et ipsius domini nostri*; VL 3987 vor Nr. 46* Regule Cancellarie domini Clementis pape VII*; VL 4989 vor Nr. 128* Regule domini Clementis pape VII *und vor Nr. 2* De regulis Clementis VII*; Paris 4121* Clemens septimus*; Reims 771* Dominus Clemens papa VII; *ohne Überschrift sind RA 262, RA 274 int. 2, Seu d'Urgell 2086, Wien 5474*

### 1.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Clemens divina providentia papa VII[a], VIII[b] idus februarii pontificatus sui anno primo[1], in civitate Fundana[2], promulgavit et fecit regulas et ordinationes seu constitutiones proxime[c] infrascriptas.

[1] *1379 Februar 6*.
[2] *Fondi, Latium, Italien*.

[a] VII *VL 3987* septimus
[b] VIII *VL 3987, Paris 4121* octavo
[c] proxime *fehlt Paris 4121*

### 2.

REGULA DE SIGNATIONE PER SIMPLEX „FIAT" IN ROTULIS PRO MAGISTRIS ET LICENTIATIS[a].

In primis[b], quod in rotulis reverendissimorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium salvis infradicendis ac studiorum et quorumcumque[c] aliorum per suam sanctitatem aut eius mandato[d] iam expeditis vel expediendis[e], etiamsi signatio de manu eiusdem domini nostri in fine[f] eorundem rotulorum facta esset[g] simpliciter, videlicet solum per[h] „Fiat G[i1]", magistri et doctores in theologia aut in[j] iure canonico vel civili necnon in medicina aut in dictis iuribus licentiati, de rigore examinis[k] ulterius in litteris mentione non facta, habeant in ecclesiis cathedralibus et metropolitanis etiam ad canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes et officia, etiamsi eis cura immineat animarum et etiamsi ad eas vel ad eos seu ad ea[l] quis consueverit per electionem assumi.

[1] *Clemens VII. signierte die Suppliken mit* B*, vgl.* BRESSLAU*, Handbuch 2 S. 105.*

[a] Regula - licentiatis *Paris 4121*
[b] In primis *Vl 4989* Item
[c] quorumcumque *VL 3987* quorumque
[d] eius mandato *Paris 4121* ad eius mandatum*;* mandato *Berlin 861* audientiam

[e] mandato - expediendis *VL 3983* mandatum iam expeditum vel expediendum
[f] in fine *VL 3987* et sine
[g] esset *Paris 4121* sit
[h] per *fehlt Paris 4121*
[i] G *VL 4989* C
[j] in *fehlt VL 3987, Reims 771*
[k] rigore examinis *Madrid 55* rigore examinationis
[l] seu ad ea *fehlt VL 3983, Madrid 55*

**3.**

Item, quod licentiati et baccalarii formati in theologia habeant in ecclesiis cathedralibus et metropolitanis ad canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes et officia, etiamsi eis cura immineat animarum, preterquam in illis, in quibus quis consuevit per electionem assumi[a].

[a] preterquam – assumi *fehlt Berlin 861, RA 274 int. 1, VL 3983, VL 3987, VL 4989, Madrid 55, Reims 771*

**4.**

REGULA DE QUALITATE BENEFICIORUM[a].

Item, quod qualitates[b] cure et electionis et clausule dignitatis[c], personatus, administrationis[d] vel officii[e] et alia[f] per eiusdem domini nostri pape[g] constitutiones vel ordinationes precedentes vel sequentes[h] concessa dentur[i] casibus[j] suis simplicibus[k] in rotulis antedictis, dummodo petita fuerint, etiamsi per[l] collocatores[m] seu assignatores[n] eorundem rotulorum fuerint[o] denegata, alias non[p].

[a] Regula - beneficiorum *Paris 4121*
[b] qualitates *VL 3987, Madrid 55, Paris 4121* qualitas
[c] clausule dignitatis *Berlin 861* tales dignitates*;* dignitatis *VL 3987* dignitates
[d] administrationis *Berlin 861* administrationes*; VL 3987* administratores
[e] officii *Berlin 861* officia
[f] alia *Madrid 55* alie
[g] pape *fehlt Reims 771*
[h] sequentes *VL 3987, VL 4989, Madrid 55* subsequentes
[i] concessa dentur *Berlin 861* crederentur
[j] casibus *VL 4989, Madrid 55* communibus
[k] simplicibus *Berlin 861, RA 274 int. 1, VL 4989, Madrid 55, Reims 771* supplicationibus*; VL 3987* supplicibus *(!)*
[l] per *Paris 4121* ad
[m] collocatores *Berlin 861* collocatorum*; VL 3983* allocatores*; VL 3987, VL 4989, Paris 4121* collatores*; Madrid 55* collatorem
[n] assignatores *Berlin 861* assignatorum*; Madrid 55* signatorem*; VL 4989* signatores
[o] fuerint *VL 3987* sint
[p] alias non *fehlt Berlin 861, Paris 4121*

**5.**

REGULA DE MAGISTRIS IN ARTIBUS[a].

(1) Item, quod in artibus magistri et in medicina licentiati et in theologia baccalarii non formati nec non et baccalarii in iure canonico vel civili habeant etiam in ecclesiis cathedralibus et metropolitanis, ut supra proxime[b], ad canonicatus et prebendas, personatus, administrationes[c] et officia, etiamsi eis cura immineat animarum.
(2) Non graduati vero in rotulis predictis ad canonicatus et prebendas ‹in› antedictis ecclesiis collocentur; et idem in aliis, si de mandato domini nostri fuerit, ista contraria privetur.

---

[a] Regula - artibus *Paris 4121*
[b] ut - proxime *fehlt Berlin 861, RA 274 int. 1, VL 3983, VL 4989, Madrid 55, Paris 4121, Reims 771*
[c] personatus administrationes *fehlt VL 4989;* administrationes *fehlt Berlin 861, RA 274 int. 1, VL 3983*

## 6.

Item, quod, si predicti magistri, doctores, licentiati vel baccalarii petant vel collocentur ad collationem etc.[a], detur eis ista clausula[b] „Etiamsi decanatus ruralis vel archipresbiteratus existat et curam[c] habeant[d] animarum“, dummodo petatur[e].

---

[a] etc. *VL 3987* et etiam
[b] clausula *Madrid 55* regula
[c] curam *VL 3987* curiam*; VL 3983* cum cura
[d] habeant *fehlt Paris 4121*
[e] petatur *fehlt Berlin 861*

## 7.

REGULA DE TAXA PRO MAGISTRIS ET LICENTIATIS[a].

Item, quod in casu constitutionis proxime precedentis prefatis in medicina magistris et in iure licentiatis ac baccalariis in theologia formatis detur taxa[b] in locis, in quibus decime reductio est facta, videlicet si cum cura ad octuaginta[c], si vero sine cura ad sexaginta[d] libr(arum) parvorum Turonensium, et in locis, in quibus non est facta reductio decime, ad centum[e] et viginti[f] cum cura et ad octuaginta[g] sine cura dicte monete nec non baccalariis in iure canonico vel civili et in medicina licentiatis et in artibus magistris antedictis in locis decime reducte, si cum cura, ad sexaginta[h] et sine cura ad quadraginta[i] et in locis decime non reducte, si cum cura ad centum[j], si vero sine cura ad septuaginta[k] dicte monete[l].

---

[a] Regula - licentiatis *Paris 4121*
[b] taxa *Paris 4121* cura
[c] octuaginta *Madrid 55* LXXX
[d] sexaginta *Madrid 55* LX
[e] centum *Madrid 55* C
[f] viginti *Reims 771* XX

[g] octuaginta *Madrid 55* LXXX
[h] sexaginta *VL 3987, Madrid 55, Reims 771* LX
[i] quadraginta *VL 3987, Madrid 55, Reims 771* XL
[j] centum *Madrid 55, Reims 771* C
[k] septuaginta *Madrid 55, Reims 771* LXX
[l] dicte monete *fehlt Paris 4121; VL 3987 folgt* etc.

## 8.

REGULA DE CERTA TAXA NON DANDA MAGISTRIS[a].

Item, quod[b] in theologia magistris et doctoribus in iure canonico vel civili non detur[c] certa taxa, sed[d] quod eorum littere simpliciter expediantur sine taxa, etiam cuiuscumque valoris existant beneficia sub eorum collationibus[e] comprehensa[f].

[a] Regula - magistris *Paris 4121*
[b] quod *fehlt Madrid 55*
[c] detur *VL 3987* datur
[d] sed *Berlin 861* seu
[e] collationibus *RA 274 int. 1* collocationibus
[f] comprehensa *Berlin 861* comprehensis*; Madrid 55* expressa

## 9.

REGULA DE MULTITUDINE BENEFICIORUM OBTINENDORUM PRO MAGISTRIS ET LICENTIATIS[a].

Item, quod magistri, doctores et licentiati in theologia aut in iure canonico vel civili et baccalarii in theologia formati et in medicina magistri[b] etiam triplices in beneficiis possint gratias in dictis rotulis obtinere et cum dictis gratiis eadem beneficia retinere quodque baccalarii in iure canonico vel civili et in theologia non formati ac in medicina licentiati et in artibus magistri etiam in beneficiis[c] duplices cum eisdem beneficiis valeant collocari. Ceteri vero cum unico beneficio valeant gratiam retinere. Voluit tamen idem dominus noster, quod canonicatus et prebenda cum dignitate, personatu, administratione vel officio eiusdem ecclesie ac prestimoniis et prestimonialibus portionibus et additamentis pro uno[d] beneficio censeantur[e].

[a] Regula - licentiatis *Paris 4121; Madrid 55* [Not]a regulam [in] favorem [gra]duatorum. Nota, quod plura beneficia habentur pro uno
[b] *Paris 4121 folgt* habeant tria beneficia
[c] *Madrid 55 (durchgestrichen), Paris 4121 folgt* habeant duo beneficia
[d] uno *Berlin 861, RA 274 int. 1, VL 3983* unico
[e] Voluit – censeantur *fehlt VL 4989*

## 10.

Item voluit idem dominus noster, quod[a] quadruplices et quintuplices[b] in beneficiis vel[c] expectationibus seu ultra habentes nihilominus valeant collocari, dummodo mandetur eis[d], quod iuxta ordinationes antedictas dimittant, dum per assecutionem etc.

[a] *Paris 4121 folgt* quod habentes IIII beneficia expectat(ionis) vel
[b] quintuplices *Madrid 55* quinqueplices
[c] vel *Paris 4121* in
[d] dummodo - eis *Paris 4121* et mandetur ei

## 11.

REGULA DE REGULARIBUS STUDENTIBUS[a].

Item, quod regulares in rotulis studiorum positi[b], si studentes fuerint et habuerint supplicationes in rotulis antedictis, etiam collocentur et quod privilegia de fructibus percipiendis etc.[c] studentibus in[d] eisdem rotulis concessa etiam ad eos extendantur.

[a] Regula - studentibus *Paris 4121*
[b] positi *fehlt VL 3987, Reims 771*
[c] etc. *VL 3987* et etiam
[d] in *Paris 4121* et

## 12.

REGULA ‹QUA› RESERVANTUR ET EXCIPIUNTUR A REGULA CERTE ECCLESIE CATHEDRALES[a].

Item, quod in[b] Parisiensi[1], Rothomagensi[2], Carnotensi[3], Tornacensi[4], Cameracensi[5], Leodiensi[6], Narbonensi[7], Remensi[8] et Ambianensi[9] ecclesiis nulli[c], cuiuscumque[d] conditionis vel status[e] existant[f], in quibuscumque rotulis reverendissimorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie cardinalium[g] et studiorum seu quorumcumque aliorum etc.[h] ad solos canonicatus et prebendas assignentur[i] et quod assignationes et collocationes[j] in contrarium facte vel fiende[k] non valeant, nisi tales[l] fuerint in theologia vel[m] medicina magistri aut doctores vel licentiati notabiles in[n] iure canonico vel civili seu dictorum[o] reverendissimorum patrum fratres vel nepotes aut consanguinei germani vel consanguineorum germanorum filii[p] vel forte nobiles magni[q] existant.

[1] *Paris, Île-de-France, Frankreich*.
[2] *Rouen, Haute-Normandie, Frankreich*.
[3] *Chartres, Centre, Frankreich*.
[4] *Tournay, Wallonien, Belgien*.
[5] *Cambrai, Nord-Pas-de-Calais, Frankreich*.
[6] *Lüttich/Liège, Wallonien, Belgien*.
[7] *Narbonne, Languedoc-Roussillon, Frankreich*.
[8] *Reims, Champagne-Ardenne, Frankreich*.
[9] *Amiens, Picardie, Frankreich*.

[a] Regula - cathedrales *Paris 4121*
[b] in *fehlt Madrid 55*
[c] nulli *VL 4989, Paris 4121* nullus
[d] *VL 4989 folgt* dignitatis
[e] vel status *fehlt Reims 771*
[f] existant *VL 4989* existat
[g] cardinalium *VL 3987* cardinalis
[h] etc. *Madrid 55* etiamsi*; VL 4989, Paris 4121* etiam
[i] *Paris 4121 folgt* et collocentur
[j] collocationes *VL 3983, VL 3987, Paris 4121* collationes*; VL 4989* collones *(!)*
[k] fiende *VL 4989* faciende
[l] tales *fehlt VL 4989*
[m] vel *VL 3987* ne
[n] in *fehlt VL 3987*
[o] dictorum *fehlt Paris 4121*
[p] vel nepotes - filii *fehlt Paris 4121*
[q] magni *Madrid 55* magistri

## 13.

REGULA DE HABENTIBUS PLURES EXPECTATIONES IN DIVERSIS ROTULIS[a].

Item, quod[b] quicumque[c], cuiuscumque status, gradus vel conditionis existant, in pluribus rotulis in ista nova domini nostri assumptione datis[d] vel dandis quomodolibet ad plures beneficiales[e] expectationes collocati[f] unam collationem teneantur eligere et ea contentari.

[a] Regula - rotulis *Paris 4121; Madrid 55* Habentes plures gratias in diversis rotulis unam eligere tenentur
[b] quod *fehlt VL 3987*
[c] quicumque *Reims 771* quibuscumque
[d] datis *fehlt Paris 4121*
[e] beneficiales *fehlt Reims 771*
[f] collocati *VL 3987* collocari

## 14.

REGULA DE PRELATIONE GRADUATORUM IN ROTULIS[a].

Item, quod[b] in rotulis[c] dictorum[d] reverendissimorum patrum[e] et aliorum quorumcumque expeditis vel expediendis, qui videlicet fuerunt sub eadem data signati[f], quacumque collatione vel signatione[g] in contrarium facta vel facienda non obstante[h], semper graduati non graduatis et inter[i] graduatos magis graduati[j] minus graduatis[k] et scolares non scolaribus[l] et inter baccalarios antiquiores in lectura et inter scolares antiquiores in auditione iunioribus[m] et inter graduatos disparium facultatum ceteris paribus in theologia magistri doctoribus aliarum facultatum et sic de aliis ponderatis[n] gradibus omnium facultatum[o] secundum notabilitatem[p] earundem[q] nec non illi[r] de loco vel diocesi[s] extraneis; et inter illos[t], qui in eisdem sunt inserti rotulis, priores scripti posterioribus, ceteris tamen paribus; et premissa graduali ordinatione servata quoad beneficia concurrentium[u] collationum seu expecta-

tionum[v] assequenda sine[w] alia differentia preferantur[x], salvo quod auditores[y], camerarii, fratres[z], nepotes et consanguinei germani[aa] et consanguineorum[bb] ipsorum filii[cc] prefatorum reverendissimorum patrum et magni nobiles remaneant, prout fuerunt[dd] collocati, et preferantur in beneficiorum[ee] assecutionibus[ff] illis, quibus expeditores ipsorum rotulorum eos ordinaverunt in data preferri.

---

[a] Regula - rotulis *Paris 4121; Madrid 55* Nota, qui preferantur, ubi sunt concurrentes
[b] quod *fehlt VL 3987*
[c] rotulis *VL 4989* rotulo
[d] dictorum *fehlt Paris 4121*
[e] *VL 4989 folgt* cardinalium
[f] signati *Paris 4121* signat(is) vel signand(is)
[g] signatione *RA 274 int. 1, VL 3983, Reims 771* assignatione
[h] obstante *Paris 4121* obstantibus
[i] inter *Paris 4121* non
[j] graduati *Paris 4121* graduatis
[k] graduatis *VL 4989* graduati
[l] scolaribus *VL 4989* secularibus
[m] iunioribus *VL 3987* in minoribus
[n] ponderatis *VL 3987* ponderatus
[o] *Madrid 55 folgt* aut
[p] notabilitatem *VL 3983, VL 4989, Madrid 55* nobilitatem*; Paris 4121* facultatum
[q] earundem *VL 4989* eorundem
[r] illi *VL 3987, Paris 4121* alii
[s] diocesi *VL 4989* diclis *(!)*
[t] illos *VL 3987* alios
[u] concurrentium *VL 3983* concurrentia
[v] expectationum *VL 3987* expectantem
[w] sine *VL 3983* sive ad
[x] preferantur *Madrid 55* preferuntur
[y] auditores *VL 3983* auditoris
[z] fratres *Madrid 55* forte
[aa] germani *fehlt Madrid 55*
[bb] *VL 4989 folgt* germanorum
[cc] filii *Paris 4121* sibi
[dd] fuerunt *fehlt VL 3987*
[ee] beneficiorum *VL 3983* beneficiis
[ff] assecutionibus *Madrid 55* assecutione

## 15.

REGULA DE FAMILIARIBUS DOMINORIUM CARDINALIUM[a]

Item voluit et[b] ordinavit idem dominus noster, quod familiares sui et[c] familiares dictorum reverendissimorum patrum non graduati collocati ad canonicatus et prebendas in cathedralibus seu metropolitanis ecclesiis in eisdem collocationibus[d] remaneant, salvis tamen aliis constitutionibus antedictis et salvo, quod constitutio de novem[e] ecclesiis notabilibus[f] supra precedens[1] per omnia maneat in sua firmitate. De aliis vero, qui dictorum domino-

---

[1] = *Nr. 12*.

rum familiares[g] non existunt, presertim quoad rotulos dominorum regalium et magnorum ducum et comitum, an[h] vel qualiter sint in cathedralibus ecclesiis collocandi, vult idem dominus noster plenius deliberare et dare ordinem in singulis rotulis, secundum quod occurret[i].

---

[a] Regula - cardinalium *Paris 4121(a+b)*
[b] voluit et *fehlt VL 3987*
[c] familiares - et *fehlt Paris 4121(a+b)*
[d] collocationibus *Paris 4121(a+b)* collationibus
[e] novem *Reims 771* IX*; Madrid 55* X
[f] notabilibus *VL 3987* nobilibus
[g] familiares *Paris 4121(a+b)* familiarum
[h] an *Madrid 55, Paris 4121(a+b)* ante
[i] et dare - occurret *fehlt Paris 4121(b)*

## 16.

REGULA DE FORMANDIS GRATIIS INUTILIBUS[a].

Item voluit et[b] ordinavit, quod regens Cancellariam in casibus[c], in[d] quibus collationes in rotulis facte forte essent ipso iure nulle aut inutiles[e] vel male aut modicum fructuose, possit[f] iterum de novo tales servatis regulis supradictis et sine aliorum iam collocatorum[g] preiudicio et sub datis[h] ipsorum rotulorum[i] collocare.

---

[a] Regula - inutilibus *Paris 4121; Madrid 55* Vicecancellarius in rotulis potest inutiles gratias mutare
[b] voluit et *fehlt VL 3987*
[c] casibus *fehlt VL 3987*
[d] in *fehlt Madrid 55*
[e] aut inutiles *VL 3987* autem malos
[f] possit *fehlt Paris 4121*
[g] collocatorum *Madrid 55, Paris 4121* collatorum
[h] datis *VL 3987* data
[i] rotulorum *VL 3987* et oculorum

---

## 17.

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Clemens divina providentia papa[a] VII[b], II idus februarii pontificatus sui[c] anno primo[1], in dicta civitate Fundana, promulgavit et fecit alias regulas seu constitutiones, que sequuntur.

---

[1] *1379 Februar 12*.

---

[a] papa *VL 3987* pape
[b] et - VII *Madrid 55* predictus
[c] pontificatus sui *fehlt Madrid 55*

## 18.

REGULA DE PRELATIS GRADUATIS ETIAM IN IUDICIO[a].

In primis, quod precedens eius constitutio de graduatis ceteris preferendis faciens mentionem, que incipit „Item, quod in rotulis“, edita per eum VII‹I› idus februarii dicti sui pontificatus[b] anno primo[c1], locum habeat in iudiciis et quoad[d] beneficiorum assecutionem, non autem in Cancellaria quoad confectionem[e] litterarum. Nam[f] voluit et[g] ordinavit idem dominus noster, quod omnes signati in uno rotulo unam datam habentes[h] parificentur in illa[i] et omnibus aliis in rotulis vel[j] particularibus supplicationibus sub data posteriori ad similes gratias signatis sine differentia preferantur.

---

[1] *1379 Februar 6, Datum nach Nr. 1 korrigiert; gemeint ist Nr. 14*.

---

[a] Regula - iudiciis *Paris 4121; Madrid 55* Regula pro concurrentibus
[b] sui pontificatus *fehlt Madrid 55*
[c] anno primo *Madrid 55* anni primi
[d] quoad *Paris 4121* ad
[e] confectionem *Paris 4121* constitutionem
[f] Nam *Madrid 55* non; *Paris 4121* iam
[g] et *Madrid 55* ut
[h] habentes *Reims 771* habenti; *Paris 4121* habeant
[i] in illa *fehlt Paris 4121*
[j] *VL 3987 folgt* et

**19.**

REGULA DE SIGNATIONE PER SIMPLEX „FIAT“[a].

Item, quod in rotulis reverendissimorum patrum[b] dominorum[c] sancte Romane ecclesie cardinalium et studiorum ac etiam aliorum etiam baccalarii in iure canonico vel civili ad dignitates, personatus, administrationes et officia cum cura vel[d] sine cura collegiatarum ecclesiarum non cathedralium[e] et non graduati ad canonicatus et prebendas et officia earundem ecclesiarum gratias valeant reportare et veniant per simplex „Fiat“.

---

[a] Regula - fiat *Paris 4121; Madrid 55* Nota, quod non graduati possunt habere canonicatum et prebendam in ecclesiis collegiatis
[b] patruum *fehlt Paris 4121*
[c] dominorum *fehlt VL 4989*
[d] cum cura vel *fehlt VL 3987*
[e] cathedralium *VL 4989* in cathedralibus

**20.**

REGULA DE REFORMATIONE NON OBSTANT‹I›E OMISSE[a].

Item, quod non obstantie in supplicationibus in dictis rotulis insertis[b] per inadvertentiam et sine fraude obmisse[c] in Cancellaria suppleri[d] possint, dummodo[e] illis, qui sic eas obmi-

serunt, mandetur in eorum litteris, quod per assecutionem etc. eas dimittant[f], videlicet secundum aliam ordinationem eiusdem domini nostri pape[g], per quam[h] ordinatur, qualiter in beneficiis multiplices[i] in rotulis collocati[j] per gratiarum assecutionem dimittere teneantur et non aliter.

---

[a] Regula - omisse *Paris 4121; Madrid 55* Vicecancellarius potest supplere non obstantias in rotulis
[b] insertis *Reims 771* inserte*; Madrid 55 folgt* et*; Paris 4121 folgt* animo obstantie *(!)*
[c] obmisse *Paris 4121* obmisis
[d] suppleri *VL 3987* supplere
[e] *Paris 4121 folgt* secundum ordinationes precedentes dicti domini nostri
[f] dimittant *VL 3987* admittant
[g] pape *fehlt Madrid 55*
[h] quam *VL 3987* quem
[i] multiplices *Reims 771* multiplicibus*; Madrid 55* multiplicis
[j] collocati *Paris 4121* collocatis

## 21.

REGULA DE PRESTIMONIIS IN HISPANIA[a].

Item, quod in eisdem rotulis petentes in Hispania canonicatum sub[b] expectatione prebende et prestimoniorum et prestimonialium portionum et additamentorum habeant in rotulis antedictis clausulam de dictis prestimoniis etc. sic petitam, etiamsi per collocatores[c] fuisset denegata, dummodo per eandem personam canonici cedentis vel decedentis[d] omnia vacent et summam XXX librarum Turonensium parvorum huiusmodi prestimonia etc. secundum taxationem[e] decime, si taxata sint, aut secundum communem extimationem, si taxata non fuerint, non excedant.

---

[a] Regula - Hispania *Paris 4121; Madrid 55* Nota istam regulam
[b] sub *fehlt VL 3987*
[c] collocatores *VL 3987* collatorum*; Paris 4121* collatores
[d] cedentis vel decedentis *Paris 4121* cedentes vel decedentes
[e] taxationem *VL 3987* taxam

## 22.

Item, quod clausule dignitatis[a], personatus, administrationis vel officii aut qualitates cure[b] vel electionis per signationes quorumcumque rotulorum non videantur concesse, nisi per supplicantes petite fuerint specialiter et expresse.

---

[a] dignitatis *VL 3987* dignitates
[b] cure *VL 3987* terre

## 23.

REGULA, QUOD NON VALENT ASSIGNATIONES FIENDE CONTRA CONSTITUTIONEM PRESENTEM[a].

Item, quod, si magistri, doctores, licentiati vel baccalarii cuiuscumque facultatis contra vel ultra precedentes vel sequentes vel alias[b] eiusdem domini nostri[c] ordinationes ad gratias beneficiales per collocatores de facto fuerint in predictis rotulis assignati, huiusmodi collocationes[d] et assignationes quantum ad hoc habeantur pro non factis.

---

[a] Regula - presentem *Paris 4121*
[b] precedentes - alias *VL 3987* cedentes
[c] *VL 3987 folgt* pape
[d] collocationes *VL 3987* collationes

## 24.

REGULA DE GRATIIS IN REGNO SICILIE[a].

Item, quod in regno Sicilie seu Apulie servetur quoad taxam dandam observantia, que erat de tempore domini Gregorii immediate[b] domini nostri[c] predecessoris, non obstantibus quibuscumque mandatis vel ordinationibus ipsius domini nostri forsitan in contrarium factis.

---

[a] Regula - Sicilie *Paris 4121*
[b] *Paris 4121 folgt* eiusdem
[c] *Paris 4121 folgt* pape

---

## 25.

REGULA DE TAXA GRATIARUM[a].

Item[b] prefatus sanctissimus in Christo pater et[c] dominus[d] noster[e] dominus[f] Clemens divina providentia[g] papa VII, Fundis[h], XV[i] kalendas mensis[j] martii pontificatus sui[k] anno primo[1], voluit et[l] ordinavit, quod taxe assignate per collocatores[m] rotulorum reverendissimorum in Christo[n] patrum dominorum sancte Romane ecclesie[o] cardinalium remaneant eodem modo[p], quo assignate sunt[q] in singulis supplicationibus in eisdem rotulis insertis[r], dummodo persone, quibus taxe huiusmodi assignate extiterint, garciones aut alie[s] persone viles non existant et dummodo predicte taxe, si in locis decime reducte et cum cura, octuaginta[t], et sine cura, sexaginta[u] et, si in locis decime non reducte et cum cura[v], centum viginti[w] et sine cura[x] octuaginta[y] librarum Turonensium parvorum valorem[z] annuum non excedant.

---

[1] *1379 Februar 15.*

---

[a] Regula - gratiarum *Paris 4121*
[b] *RA 274 int. 2, VL 3987, Madrid 55 folgt* quod

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[c] sanctissimus - et *fehlt VL 3987, VL 4989*
[d] Item quod prefatus dominus *VL 3987*
[e] noster *fehlt Paris 4121*
[f] noster dominus *fehlt VL 4989;* dominus *fehlt Madrid 55*
[g] divina providentia *fehlt Madrid 55, VL 4989*
[h] Fundis *fehlt RA 274 int. 2*
[i] XV *VL 4989* XX *(!)*
[j] mensis *fehlt RA 274 int. 2, VL 4989, Reims 771*
[k] pontificatus sui *fehlt VL 4989*
[l] voluit et *fehlt VL 3987*
[m] collocatores *RA 274 int. 2, VL 4989, Madrid 55, Paris 4121* collatores*; VL 3983* collectores
[n] in Christo *fehlt VL 4989, Madrid 55*
[o] sancte Romane ecclesie *fehlt VL 4989, Madrid 55*
[p] modo *fehlt VL 3987*
[q] *VL 4989 folgt* in eisdem supplicationibus
[r] *VL 4989, Paris 4121 folgt* secundum regulas precedentes dicti domini nostri
[s] alie *RA 274 int. 2* alias
[t] octuaginta *VL 3983, Madrid 55* LXXX
[u] sexaginta *RA 274 int. 1, VL 3983, Madrid 55* LX
[v] *RA 274 int. 2 folgt* ad
[w] centum viginti *RA 274 int. 1, VL 3983, Madrid 55* CXX
[x] *VL 3987 folgt* ad
[y] octuaginta *Madrid 55* LXXX*; VL 3983* LXX
[z] valorem *fehlt RA 274 int. 1*

## 26.

REGULA DE INTERPRETANDIS REGULIS ‹ET› CONSTITUTIONIS[a].

Item, quod super dubiis regule sive ordinationis de collocationibus[b] inutilibus etc. reparandis stetur omnino conscientiis[c] reverendissimi patris domini[d] correctoris et[e] Cancellariam regentis[f].

[a] Regula de interpretandis regulis constit.(?) *Paris 4121*
[b] collocationibus *Paris 4121* collationibus
[c] conscientiis *RA 274 int. 2* conscientie
[d] reverendissimi - domini *VL 3987* dominorum
[e] et *Reims 771* aut
[f] reverendissimi – regentis *RA 274 int. 2, Madrid 55* dominorum regentium Cancellariam et correctorum

## 27.

Item prefatus sanctissimus in Christo pater et[a] dominus noster[b] dominus Clemens divina providentia papa VII[c], XI kalendas martii[d] pontificatus sui[e] anno primo[1], fecit et promulgavit in dicta civitate Fundana additiones, declarationes, regulas, ordinationes seu constitutiones proxime[f] infrascriptas.

[1] *1379 Februar 19*.

[a] prefatus - et *Madrid 55* idem
[b] noster *fehlt Paris 4121*
[c] dominus - VII *fehlt Madrid 55*
[d] martii *Reims 771* ianuarii
[e] pontificatus sui *fehlt Madrid 55*
[f] proxime *fehlt RA 274 int. 2, Madrid 55; Paris 4121* proximi

## 28.

REGULA DE FAMILIARIBUS DOMINORUM CARDINALIUM[a].

In primis[b], quod non graduati in rotulis reverendissimorum patrum dominorum[c] sancte Romane ecclesie[d] cardinalium ad canonicatus et prebendas cathedralium seu metropolitanarum ecclesiarum collocati, qui nihilominus secundum alias eiusdem domini nostri ordinationes precedentes[e] reformandi existunt, ad canonicatus et prebendas ecclesiarum similium[f] valeant reformari, sub data[g] videlicet eorundem[h] rotulorum. Et idem voluit observari[i] in aliis rotulis, in quibus de eius mandato vel voluntate fieri[j] possent, aut[k] iam facte alias utiles[l] valere deberent collocationes[m] talium personarum[n] ad ecclesias memoratas.

[a] Regula - cardinalium *Paris 4121*
[b] In primis *VL 4989* Item
[c] dominorum *fehlt RA 274 int. 2, VL 4989, Reims 771*
[d] reverendissimorum - ecclesie *fehlt Madrid 55*
[e] precedentes *fehlt VL 3987*
[f] ecclesiarum similium *VL 3987* filium
[g] data *VL 4989, Madrid 55* datis
[h] eorundem *fehlt RA 274 int. 2*
[i] sub – observari *fehlt VL 3983;* observari *VL 3987* observare*; VL 3983* reformari
[j] fieri *fehlt VL 3987*
[k] aut *VL 4989* et
[l] facte - utiles *VL 3987* facto alias inutiles
[m] collocationes *RA 274 int. 1, VL 4989* collationes*; RA 274 int. 2* collationum*; VL 3983* tollerationes
[n] personarum *fehlt VL 4989*

## 29.

REGULA DE REFORMATIONE PER ALIOS QUAM PER PAPAM CONFIRMATA[a].

Item, quod reformationes[b], quas secundum supra proximam[c] et alias eiusdem[d] domini nostri pape[e] constitutiones[f] seu ordinationes antedictas fieri contigerit[g] vel iam facte sunt, sic censeantur esse facte[h], ac si fuissent de mandato eiusdem[i] domini nostri pape[j] facte per expeditores rotulorum ab initio[k] et in locis, in quibus[l] prime[m] supplicationes et signationes[n] reformatione[o] egentes[p] fuerant collocate sic, quod[q] tales[r] in novis gratiis vel collationibus per huiusmodi reformationes sibi noviter assignatis[s] preferantur illis omnibus, quibus secundum eiusdem domini nostri ordinationes alias[t] preferri deberent, si fuissent de[u] dicti[v]

domini nostri mandato in dictis locis prioribus ad huiusmodi collationes vel gratias ab initio assignati.

---

[a] Regula - confirmata *Paris 4121*
[b] reformationes *Madrid 55* alias reformationes et confirmationes
[c] proximam *Paris 4121* proximi
[d] eiusdem *fehlt Paris 4121*
[e] pape *fehlt RA 274 int. 2, Madrid 55, Paris 4121, Reims 771*
[f] constitutiones *VL 3987* institutiones
[g] fieri contigerit *VL 3987* si contingerit
[h] sic - facte *VL 3987* si testantur esse facte
[i] eiusdem *fehlt Paris 4121*
[j] pape *fehlt RA 274 int. 2, VL 3987, Madrid 55*
[k] *VL 3987* a principio
[l] *RA 274 int. 2 folgt* ubi
[m] prime *fehlt Paris 4121*
[n] et signationes *fehlt RA 274 int. 2;* signationes *fehlt VL 3987; Paris 4121* assignationes
[o] reformatione *VL 3987, Madrid 55* reformationes
[p] *RA 274 int. 2 folgt* facere
[q] quod *fehlt Paris 4121; VL 3987* que
[r] tales *VL 3987* talis
[s] assignatis *Madrid 55, Reims 771* assignatas
[t] alias *Madrid 55* aliis
[u] de *fehlt Madrid 55*
[v] dicti *Paris 4121* dicto

## 30.

REGULA DE AMPLIATIONE GRATIARUM PRO MAGISTRIS ET LICENTIATIS[a].

Item, quod[b], si[c] in[d] rotulis prefatorum[e] reverendissimorum patrum[f] vel quorumcumque aliorum[g] doctor vel licentiatus[h] petat[i] ad collationem episcopi seu archiepiscopi cum ista clausula „Etiamsi canonicatus et prebenda, dignitas, administratio, personatus vel officium existat[j], etiam[k] ad quam vel ad quem[l] seu ad quod[m] quis consuevit[n] per electionem assumi" per simplicem signationem secutam[o] in fine rotuli[p] dicta clausula[q] tali doctori vel licentiato sic petenti, etiamsi[r] per rotulorum expeditores[s] denegata fuisset[t], censeatur[u] esse[v] concessa; et idem de[w] aliis, quibus predicta[x] clausula aut alia minus[y] ampla per eiusdem domini nostri[z] ordinationes[aa] sunt mandate concedi, sic[bb] tamen quod virtute eiusdem[cc] gratie non possit[dd] nisi unicum[ee] beneficium acceptari[ff] et quod canonicatus et prebenda[gg] solum vel dignitas, personatus aut officium solum quantum[hh] ad hoc pro uno[ii] beneficio[jj] reputetur[kk]; et quod[ll] dignitas, administratio, personatus vel officium vigore talis clausule acceptanda, acceptandus vel etiam acceptandum per alios quam per canonicos ipsarum ecclesiarum valeat[mm] obtineri et quod de hoc[nn] in litteris apostolicis fiat mentio specialis.

---

[a] Regula - licentiatis *Paris 4121*
[b] quod *fehlt Madrid 55*
[c] si *fehlt VL 3983*

[d] in *fehlt VL 3987*
[e] prefatorum *RA 274 int. 1, VL 3983, VL 4989* prefatis
[f] prefatorum - patrum *Madrid 55* dominorum cardinalium*; VL 3983 folgt* dominorum
[g] aliorum *fehlt VL 3987*
[h] doctor vel licentiatus *Madrid 55* doctorum vel licentiatorum
[i] petat *Madrid 55* petatur
[j] existat *fehlt RA 274 int. 1, VL 3983*
[k] etiam *RA 274 int. 2* et*; Madrid 55* etiamsi
[l] *Madrid 55 folgt* ad quas
[m] quod *VL 4989* quos
[n] officium - consuevit *fehlt VL 3987;* consuevit *RA 274 int. 2* consueverit
[o] secutam *Paris 4121* sequentem
[p] rotuli *fehlt VL 3987; Reims 771* rotulorum
[q] dicta clausula *VL 3987* dicte clausule
[r] etiamsi *RA 274 int. 2* etiam*; VL 4989* et
[s] expeditores *Madrid 55* expedien. sibi
[t] fuisset *VL 4989* fuissent
[u] censeatur *VL 3987* cessantur*; VL 4989, Madrid 55* censeantur
[v] esse *RA 274 int. 2* etiam
[w] idem de *VL 3983* deinde
[x] predicta *RA 274 int. 2* in dicta
[y] minus *RA 274 int. 2, Madrid 55* magis
[z] nostri *fehlt RA 274 int. 2*
[aa] ordinationes *Paris 4121* ordinationem*; VL 4989* ordinationis
[bb] sic *VL 3987* si
[cc] sunt - eiusdem *fehlt VL 3983;* eiusdem *fehlt Paris 4121*
[dd] possit *RA 274 int. 2, VL 4989, Madrid 55* possint
[ee] unicum *RA 274 int. 1, VL 3983, Madrid 55* unum
[ff] acceptari *RA 274 int. 2, VL 4989, Madrid 55* acceptare
[gg] prebenda *Paris 4121* prebende
[hh] quantum *VL 3987* tantum
[ii] uno *RA 274 int. 2* unico
[jj] beneficio *Reims 771* beneficiorum
[kk] reputetur *VL 4989* computentur
[ll] dignitas – quod *fehlt Paris 4121*
[mm] valeat *VL 4989, Madrid 55* valeant
[nn] hoc *Paris 4121* huiusmodi

## 31.

REGULA DE AMPLIATIONE GRATIAE QUOAD NON GRADUATIS[a].

Item, quod, si non graduati in rotulis predictorum[b] reverendissimorum patrum[c] ad cathedralium vel in aliis rotulis ad collegiatarum ecclesiarum canonicatus et prebendas collocati[d] petierint[e] ad officia etiam ecclesiarum earundem, sive ad illa per rotulorum expeditores[f] fuerint assignati sive[g] non fuerint assignati[h] ad illa[i], faciam[j] de dictis officiis eis[k] dandis, quod mihi[l] videbitur, consideratis statu et nobilitate personarum, ut videlicet illis, qui videbuntur mihi[m] quantum ad hoc persone satis notabiles[n], istud concedere possim et alios minus notabiles[o] repellere valeam ab[p] eisdem.

[a] Regula - graduatis *Paris 4121; Madrid 55* Qualiter vicecancellarius potest repellere minus notabiles et honorare notabiles

[b] predictorum *fehlt VL 3987*
[c] predictorum – patrum *Madrid 55* dictorum cardinalium
[d] collocati *VL 4989* collocari
[e] prebendas - petierint *VL 3987* prebende collocari patierint
[f] expeditores *VL 3987* expeditorum
[g] fuerint - sive *fehlt VL 3987*
[h] sive non - assignati *RA 274 int. 2* et
[i] ad illa *Madrid 55* ad alia officia*;* illa *VL 3987* illam
[j] faciam *fehlt Madrid 55*
[k] eis *VL 3987* ecclesiis
[l] *Madrid 55 mit Verweis auf* mihi *am Rand* cancellario
[m] mihi *VL 3987* in
[n] notabiles *Paris 4121* nobiles
[o] notabiles *VL 4989, Paris 4121* nobiles
[p] ab *Paris 4121* ubi

## 32.

REGULA DE SUMMA VALORUM BENEFICIORUM, QUE POSSIT OBTINERE GRATIAM RETINENS[a].

Item, quod in rotulis dictorum[b] reverendissimorum patrum[c] omnes et singuli ad gratias beneficiales collocati omnia beneficia ecclesiastica[d], que canonice obtinent, valeant cum gratiis huiusmodi et beneficiis vigore earum assequendis, dummodo alias sint compatibilia[e], retinere, dum tamen in[f] doctoribus[g] iuris canonici vel civilis et in theologia magistris ducentarum[h] et licentiatis in iure canonico vel civili aut in medicina magistris et baccalariis in theologia formatis centum quinquaginta[i] et[j] baccalariis in iure canonico vel civili aut in theologia non formatis et in artibus magistris aut in medicina licentiatis centum[k] viginti[l]. Et in aliis, quos omnes[m] vult idem dominus noster quoad suas ordinationes et rotulorum datationes[n] pro non graduatis haberi, predictos omnes alios quoad[o] alia[p] premissa omnia reputans[q] graduatos, centum[r] librarum Turonensium parvorum valores annuos[s] secundum communes extimationes dicta beneficia omnia sic obtenta, singula[t] videlicet referendo[u] singulis, non excedant; et quod in litteris apostolicis[v] ponatur clausula de ista limitatione faciens mentionem.

[a] Regula - retinens *Paris 4121*
[b] dictorum *fehlt Paris 4121*
[c] dictorum - patrum *Madrid 55* dominorum cardinalium
[d] ecclesiastica *fehlt Paris 4121*
[e] compatibilia *Paris 4121* incompatibilia
[f] in *fehlt Madrid 55 (durchgestrichen), Paris 4121*
[g] doctoribus *fehlt Paris 4121*
[h] ducentarum *fehlt Madrid 55; RA 274 int. 1, VL 3983* II[c]*; VL 3987* detentarum
[i] centum quinquaginta *VL 3983, Madrid 55* CL
[j] *RA 274 int. 1 folgt* in
[k] centum *Reims 771* C
[l] centum viginti *RA 274 int. 1, VL 3983, Madrid 55* CXX
[m] omnes *fehlt VL 3987; Paris 4121* omnino
[n] datationes *RA 274 int. 2, VL 3987* dationes

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[o] quoad *VL 3987* quod ad
[p] suas - alia *Paris 4121* illa*; VL 4989* illa*; Reims 771 folgt* autem
[q] reputans *VL 3987* reputantes
[r] centum *RA 274 int. 1, VL 3983, Madrid 55* C
[s] valores annuos *VL 3983, Madrid 55* valorem annuum*; RA 274 int. 2 folgt* quoad annuos
[t] singula *RA 274 int. 1, VL 3983* singuli
[u] referendo *RA 274 int. 1, VL 3983* deferendo
[v] apostolicis *fehlt VL 3983*

## 33.

REGULA DE TAXA AD GRADUATOS DANDA IN GRATIIS[a].

Item, quod in rotulis dictorum reverendissimorum patrum[b] dentur taxe[c] graduatis in locis decime reducte ad octuaginta[d] cum cura et[e] ad sexaginta[f] sine cura et in locis decime non reducte ad centum et[g] viginti[h] cum cura et ad octuaginta[i] sine cura ac non graduatis, dummodo garciones aut alie persone viles non existant, in locis decime reducte ad sexaginta[j] cum cura et ad quadraginta[k] sine cura; et in locis decime non reducte ad centum[l] cum cura et septuaginta[m] sine cura. Et hoc voluit idem[n] dominus noster observari[o] etiam[p] in casibus[q], in quibus supplicantes[r] taxam petere obmisisissent vel minorem[s] petiissent seu si rotulorum expeditores[t] minorem taxam forsitan assignassent. Sed in casu, in quo maiorem dedissent, voluit idem[u] dominus noster aliam ordinationem suam[v], editam per eum[w] Fundis, XV[x] kalendas martii pontificatus sui[y] anno primo[1], que incipit „Item[z] prefatus etc.“[2], quoad hoc locum habere et alias per omnia in sua firmitate permanere. De[aa] signatis vero in aliis rotulis voluit, quod graduatis secundum suorum graduum distinctiones[bb] assignentur taxe per alias eiusdem domini nostri[cc] constitutiones ordinate[dd], etiamsi non fuerint petite per supplicantes nec concesse per expeditores[ee] rotulorum vel[ff] etiamsi[gg] ipsi supplicantes[hh] taxas minores[ii] petiissent in supplicationibus eorundem[jj].

[1] *1379 Februar 15.*
[2] = *Nr. 25.*

[a] Regula - gratiis *Paris 4121*
[b] reverendissimorum patrum *Madrid 55* cardinalium
[c] dentur taxe *Madrid 55* detur taxa*;* taxa *fehlt Paris 4121*
[d] octuaginta *VL 3983, Madrid 55* LXXX
[e] Item - et *fehlt RA 262*
[f] sexaginta *RA 262, RA 274 int. 1, VL 3983, Reims 771* LX*; Madrid 55* LXX
[g] centum et *RA 262* C
[h] centum et viginti *RA 274 int. 1, VL 3983, Madrid 55* C et XX
[i] octuaginta *VL 3983, Madrid 55* LXXX
[j] sexaginta *RA 262, RA 274 int. 1, VL 3983, VL 4989, Madrid 55, Reims 771* LX
[k] quadraginta *RA 274 int. 1, VL 3983, VL 4989, Madrid 55, Reims 771* XL*; RA 262* L
[l] centum *RA 262, Madrid 55* C
[m] septuginta *RA 262, VL 3983, VL 4989, Madrid 55* LXX

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

[n] idem *fehlt RA 262, RA 274 int. 1, VL 3983, VL 3987, Madrid 55, Paris 4121*
[o] observari *VL 4989* observate
[p] etiam *Paris 4121* et
[q] in casibus *fehlt VL 4989*
[r] supplicantes *VL 3987, Paris 4121* supplicationes
[s] minorem *fehlt Paris 4121*
[t] expeditores *VL 3987* expeditorum
[u] idem *fehlt VL 4989*
[v] suam *fehlt RA 262, VL 3983*
[w] per eum *fehlt VL 4989*
[x] XV *VL 4989* XX *(!)*
[y] pontificatus sui *fehlt Madrid 55*
[z] *Paris 4121 folgt* quod
[aa] De *fehlt Paris 4121*
[bb] suorum - distinctiones *RA 262* suorum suam distinctionem*;* distinctiones *VL 3987* distincte*; Madrid 55* distinctionem*; Paris 4121* distinctione*; VL 3983* discretionem
[cc] *RA 262, VL 3987 folgt* pape
[dd] ordinate *fehlt Madrid 55*
[ee] expeditores *Paris 4121* expeditorum
[ff] vel *fehlt Paris 4121*
[gg] etiamsi *VL 3987* et si
[hh] supplicantes *Paris 4121* supplicationes*; VL 3987 folgt* nec concesse per expeditores rotulorum vel et si ipsi supplicantes
[ii] taxas minores *RA 262* taxam minorem
[jj] et ad sexaginta – eorundum *fehlt RA 274 int. 2*

## 34.

REGULA DE PRELATIONE COMPLURIUM PARES IN OMNIBUS[a].

Item, quod inter collocatos in rotulis quibuscumque date eiusdem, inter quos gradus aut lecture vel auditionis potioritas[b] aut locus originis vel ordo scripture aut alia imparitas per aliam ordinationem eiusdem domini nostri VIII idus mensis[c] februarii proxime preteriti[1] editam[d], que incipit „Item, quod in rotulis“[2], designata non operatur ius prelationis[e], stetur ordini dato in collocationibus[f] per expeditores rotulorum, videlicet quoad[g] assecutionem[h] beneficiorum vigore similium gratiarum, sic[i] quod quantum[j] ad hoc[k] preferantur vel sequantur illi[l], quos[m] preferendos vel sequendos per suas[n] signationes in eisdem rotulis duxerit[o] ordinandum et quod, si per[p] premissa de ordine prelationis[q] huiusmodi adhuc[r] constare non possit, recurratur ad dispositionem iuris scripti, capitulum „Duobus“ de rescriptis[s] libri VI[3], salvo quod dominus noster voluit, quod omnes tales gratie non obstante concurrentia suum sortiantur[t] effectum.

[1] *1379 Februar 6*.
[2] = *Nr. 14*.
[3] *VI 1.3.14.*

[a] Regula - omnibus *Paris 4121; Madrid 55* [Inter] concurrentes [in rot]ulis quis [deb]et preferri
[b] potioritas *VL 3987* posioritatis

[c] mensis *fehlt Paris 4121*
[d] editam *VL 3987* creditam
[e] prelationis *VL 3987* probationis
[f] collocationibus *RA 262, VL 3987* collationibus
[g] videlicet quoad *alle Hs*. quo videlicet ad
[h] assecutionem *Paris 4121* consecutionem
[i] sic *VL 3987* si
[j] quantum *Madrid 55* cum
[k] *Madrid 55 folgt* quod
[l] illi *fehlt RA 262*
[m] quos *RA 262, VL 3987* quod
[n] *VL 3987 folgt* per suas
[o] duxerit *VL 3987, Madrid 55, Paris 4121, Reims 771* duxerint
[p] per *fehlt VL 3987, Madrid 55*
[q] prelationis *Reims 771* et prelatione*; VL 3987* probationis
[r] adhuc *Madrid 55* ad hoc
[s] de rescriptis *fehlt RA 262*
[t] sortiantur *VL 3987* sociantur

## 35.

REGULA DE NOBILIBUS ET NEPOTIBUS CARDINALIUM, AUDITORIBUS ET CAMERARIIS[a].

Item, quod nepotes et consanguinei germani[b] ac ipsorum consanguineorum[c] germanorum filii auditoresque et camerarii reverendissimorum patrum dominorum[d] sancte Romane ecclesie[e] cardinalium et magni nobiles, licet alias minoris[f] gradus, in rotulis antedictis etiam quoad[g] canonicatus et prebendas, dignitates, personatus, administrationes et officia in collegiatis vel cathedralibus[h] seu metropolitanis ecclesiis, etiamsi sint de notabilibus[i] per aliam eiusdem[j] domini nostri[k] constitutionem[l] specialiter exceptis[m], vigore gratiarum in dictis rotulis obtentarum[n] seu obtinendarum assequenda et quantum ad beneficiorum per eosdem cum dictis ipsorum[o] gratiis retinendorum numerum et valorem ac modum et ordinem prelationis ipsorum doctoribus et licentiatis in iure canonico vel civili et quoad[p] taxam beneficiorum eorundem predictis licentiatis in[q] dictis rotulis ipsique nobiles magni in rotulis studiorum quoad datas ipsorum[r] rotulorum eisdem licentiatis etiam[s] parificentur[t] ex toto; et[u] quod constitutiones seu[v] ordinationes omnes in illis facte quantum ad[w] hoc etiam[x] in istis[y] vendicent[z] sibi locum, salvo quod doctores aliis[aa] predictis omnibus et nepotes, consanguinei[bb], filii[cc] et magni nobiles prelibati[dd] predictis auditoribus et camerariis minoris gradus, si qui[ee] essent in casu[ff] concurrentie[gg], preferantur, et salvo quod predicti camerarii[hh] et auditores[ii] minoris[jj] gradus, si qui sint[kk], non habeant ad dignitates[ll] cathedralium vel metropolitanarum ecclesiarum electivas nec etiam in Parisiensi ecclesia etiam[mm] ad solos canonicatus et prebendas. Et[nn] in casu predicto[oo] appellatione magnorum[pp] nobilium[qq] illos[rr], qui sunt de genere imperatorum, regum, principum, ducum, comitum, vicecomitum et baronum, voluit contineri.

---

[a] Regula - camerariis *Paris 4121*
[b] germani *fehlt VL 3987*
[c] *Madrid 55 folgt* ipsorum
[d] dominorum *fehlt VL 4989*
[e] reverendissimorum - ecclesie *Madrid 55* dominorum
[f] minoris *Paris 4121* minores*; VL 3983* minor
[g] quoad *Reims 771* ad*; Paris 4121* quod ad
[h] vel cathedralibus *fehlt Paris 4121*
[i] notabilibus *Paris 4121* nobilibus
[j] eiusdem *VL 4989* evidentem
[k] *VL 4989, Paris 4121 folgt* pape
[l] constitutionem *VL 3987* consecutionem
[m] exceptis *VL 3983* exceptatis
[n] obtentarum *Paris 4121* obtentis
[o] ipsorum *fehlt VL 3987; VL 4989* dictorum*; RA 262* fa(miliar)is
[p] quoad *Paris 4121* ad
[q] in *fehlt VL 3983*
[r] ipsorum *Paris 4121* ipso
[s] etiam *fehlt VL 3987*
[t] parificentur *VL 3987* parisicien *(!); Paris 4121* conficientur
[u] et *fehlt Paris 4121*
[v] seu *fehlt VL 3987*
[w] quantum ad *VL 4989* quoad
[x] etiam *Reims 771* esse
[y] istis *Madrid 55* istud
[z] vendicent *fehlt Paris 4121; VL 3987* benedicent
[aa] aliis *RA 262* alii*; Paris 4121* vel
[bb] consanguinei *VL 4989* consanguineorum
[cc] filii *fehlt Paris 4121*
[dd] prelibati *Madrid 55* prebati*; Paris 4121* prelati
[ee] qui *fehlt VL 3983*
[ff] casu *VL 4989* gradu
[gg] concurrentie *VL 3987, VL 4989* concurrentes*; Madrid 55* continentie
[hh] predicti camerarii *VL 4989* predictis camerariis
[ii] auditores *VL 3983* auditoris
[jj] minoris *VL 4989* minores
[kk] in casu – sint *fehlt RA 262;* sint *RA 274 int. 1, VL 3983, VL 4989* essent
[ll] dignitates *fehlt RA 274 int. 1, VL 3983*
[mm] ecclesia etiam *fehlt Madrid 55*
[nn] Et *fehlt VL 4989*
[oo] predicto *fehlt RA 274 int. 1, VL 3983, VL 4989*
[pp] magnorum *Paris 4121* maiorum
[qq] nobilium *VL 3987* nobilior
[rr] illos *Reims 771* illorum

## 36.

REGULA DE SCRIPTORIBUS PAPE PREFICIENDIS GRADUATIS[a].

Item de abbreviatoribus et scriptoribus minutarum et grossarum litterarum apostolicarum, an[b] parificentur in omnibus dictis licentiatis in iure canonico vel civili quoad omnia, in[c] quibus camerarii dictorum[d] reverendissimorum patrum[e] eisdem[f] licentiatis parificentur[g] per constitutionem supra proxime precedentem[h] vel quoad aliqua eorundem, an vero[i] baccalarii in iure canonico vel civili potius sint[j] equiparandi quoad omnia supradicta vel eorum ali-

qua, prefatus dominus noster mandavit reverendo in Christo[k] domino correctori[1] et mihi[2], quod ponderatis meritis, sufficientiis et statibus personarum de premissis ex toto libere faciamus illud, quod in nostris conscientiis nobis videbitur faciendum. Et idem voluit et[l] ordinavit per[m] nos fieri de nobilibus ex utroque vel altero parente militaribus, et de aliis voluit consuli[n].

---

[1] *Pontius Beraldi.*
[2] *Egidius Bellemara.*

---

[a] Regula - graduatis *Paris 4121*
[b] an *fehlt Madrid 55*
[c] in *fehlt Madrid 55*
[d] dictorum *VL 3987* dominorum
[e] reverendissimorum patrum *Madrid 55* cardinalium
[f] eisdem *RA 262* etiam
[g] *VL 3987 folgt* et
[h] constitutionem - precedentem *RA 262* constitutiones proxime precedentes
[i] an vero *VL 3987* non
[j] sint *fehlt Madrid 55; VL 3987* fuerint
[k] reverendo - Christo *fehlt Madrid 55; Paris 4121* reverendissimo patri*;* in Christo *RA 262, Reims 771* patri
[l] voluit et *fehlt Paris 4121*
[m] per *VL 3987* quod
[n] videbitur - consuli *Reims 771* etc.

## 37.

REGULA DE GRATIIS ILLEGITIME CONCESSIS ANTE DISPENSATIONEM[a].

Item, quod[b] illegitime natis seu quemlibet[c] defectum natalium patientibus, qui ante obtentam dispensationem fuerunt in forma pauperum examinati seu collocati[d] aut quorum gratiarum date datam huiusmodi dispensationis antecedant[e], possum[f] de novo super gratiis per examinatores[g] eis assignatis dare litteras sub data sequenti datam[h] dicte dispensationis, sic quod tales gratie[i] pretextu defectus natalium subreptitie minime reputentur.

---

[a] Regula - dispensationem *Paris 4121*
[b] quod *fehlt RA 262*
[c] quemlibet *Paris 4121* quomodolibet*; RA 262* quibuslibet
[d] examinati – collocati *Madrid 55* examinatis seu collocatis
[e] antecedant *Madrid 55* atendant *(!); RA 262* accedant
[f] possum *Madrid 55, Reims 771* possint*; RA 262, Paris 4121* possim
[g] examinatores *VL 3987* examinatorum
[h] sequenti datam *fehlt RA 262*
[i] gratie *fehlt RA 262*

## 38.

REGULA DE NON VERIS FAMILIARIBUS, QUI UT VERI IMPETRANT[a].

Item, quod, licet aliqui[b] de reverendissimis patribus[c] dominis sancte Romane ecclesie[d] cardinalibus in principio suorum rotulorum eosdem rotulos intitulaverint pro suis familiaribus continuis commensalibus, nihilominus si reperiantur in eisdem rotulis inserte supplicationes, in quibus non narretur[e] familiaritas antedicta, et sint huiusmodi supplicationes etiam[f] inserte pro talibus, qui re vera familiares non existunt, expediantur littere[g] absque mentione familiaritatis antedicte[h].

---

[a] Regula - impetrant *Paris 4121; Madrid 55* Nota in favorem cardinalium
[b] aliqui *VL 4989* alicui
[c] reverendissimis patribus *fehlt Madrid 55*
[d] sancte - ecclesie *fehlt Madrid 55*
[e] narretur *VL 3987* varietur
[f] etiam *fehlt Paris 4121*
[g] littere *Madrid 55* item
[h] *VL 3987 folgt* eandem datam

**39.**

REGULA, QUOD VERI NON VERIS PREFERANTUR[a].

Item, quod in rotulis dictorum[b] reverendissimorum patrum[c] veri familiares[d] unius domini non veris familiaribus eiusdem vel alterius domini et familiares continui familiaribus[e] non continuis et familiares[f] commensales non commensalibus etiam eiusdem vel alterius domini ceteris omnibus paribus in beneficiis vigore gratiarum similium assequendis preferantur, sic etiam quod scripture prioritas[g] hoc casu non prevaleat imparitati[h] antedicte.

---

[a] Regula - preferantur *Paris 4121*
[b] dictorum *fehlt Paris 4121*
[c] dictorum - patrum *Madrid 55* cardinalium
[d] familiares *VL 3987* familiarii
[e] familiaribus *fehlt RA 262*
[f] familiares *VL 3987* familiaribus
[g] prioritas *VL 3987* prioratus*; Madrid 55 folgt* in
[h] imparitati *VL 3987* imperiti

**40.**

REGULA DE GRATIIS CONTENTIS IN CORONATIONE[a].

Item, quod in rotulis coronationis et consistoriorum primorum supplicationes beneficiales date illis, qui tunc non erant in curia presentes[b], per signationes eorundem rotulorum non censeantur esse[c] concesse, nisi in casu, in quo presentes supplicationes pro absentibus tunc[d] in dictis rotulis porrigentes ad hoc venissent principaliter, ut procurarent gratias in ista[e] curia pro[f] absentibus antedictis, et quod hoc casu illi, qui pro se[g] ipsis presentibus porrexerunt seu porrigi fecerunt supplicationes in rotulis antedictis, predictis absentibus in

beneficiis vigore gratiarum similium assequendis ceteris paribus preferantur, ordine scripture quoad hoc non attento.

[a] Regula - coronatione *Paris 4121*
[b] presentes *fehlt Paris 4121*
[c] esse *fehlt RA 262*
[d] tunc *VL 3987* cum
[e] ista *RA 262* ipsa*; Paris 4121 folgt* gratia
[f] pro *fehlt Paris 4121*
[g] se *fehlt RA 262*

**41.**

REGULA DE QUO SUPRA PROXIMO[a].

Post premissa prefatus dominus noster, apud Sperlongam[b] diocesis Gaietane, octavo[c] idus maii anno[d] primo[1], voluit et ordinavit, quod precedente ordinatione[e] non obstante in dictis rotulis coronationis et consistoriorum supplicationes beneficiales porrecte pro[f] absentibus per[g] signationes[h] eorundem rotulorum concesse censeantur, etiam licet porrigentes pro illis principaliter[i] non venissent.

[1] *1379 Mai 8*.

[a] Regula - proximo *Paris 4121*
[b] Sperlongam *RA 262* Speluncam
[c] octavo *RA 262, Madrid 55, Paris 4121, Reims 771* VIII
[d] anno *fehlt Paris 4121*
[e] precedente ordinatione *VL 3987* precedentem ordinationem*;* ordinatione *VL 262* ordine
[f] pro *VL 3987* quod
[g] per *VL 3987* quod
[h] signationes *VL 262, Paris 4121* assignationes
[i] principaliter *fehlt VL 3987*

**42.**

REGULA, QUOD SIGNATI IN ROTULIS PREFERANTUR SIGNATIS PARTICULARIUM SUPPLICATIONIBUS[a].

Item prefatus sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster dominus Clemens divina providentia papa[c] VII[d], Fundis[e], X[f] kalendas martii pontificatus sui[g] anno primo[1], instante reverendissimo[h] patre[i] domino cardinali[j] Vivariensi[2] voluit et ordinavit, quod, si alique particulares supplicationes expectationum signate fuerint sub eadem data, sub qua[k] signati fuerint rotuli[l] reverendissimorum patrum[m] dominorum[n] sancte Romane ecclesie[o] cardinalium, ad similes gratias, ad quas positi in dictis rotulis signati fuerint, positi et signati[p] in dic-

[1] *1379 Februar 20*.
[2] *Petrus de Sortenaco.*

tis rotulis aliis predictis quoad beneficia vigore gratiarum huiusmodi assequenda sine alia differentia preferantur[q]. Sed post ista idem dominus noster, Fundis, VIII kalendas aprilis anno primo[3], presentibus dominis Ambianensi[4], Vivariensi, Sancti Eustachii[r5] et Cusentino[6] et aliis pluribus dominis[s] declaravit, quod ista constitutio non intelligatur[t] de particularibus supplicationibus concessis per eum veris familiaribus dictorum reverendissimorum patrum[u] sub datis[v] dictorum[w] rotulorum, sed solum ad alios[x], qui non fuerunt veri familiares, referatur[y].

[3] *1379 März 25.*
[4] *Johannes de Grangia.*
[5] *Petrus Flandrini.*
[6] *Nicolaus de Brancaciis.*

[a] Regula - supplicationibus *Paris 4121*
[b] sanctissimus - et *fehlt Madrid 55*
[c] dominus - papa *fehlt Madrid 55;* papa *VL 3987* pape
[d] prefatus – VII *fehlt VL 4989;* VII *RA 262* septimus
[e] Fundis *fehlt RA 262*
[f] X *fehlt VL 4989; RA 262* V
[g] pontificatus sui *fehlt VL 4989, Madrid 55*
[h] *RA 274 int. 1, VL 3983 folgt* in Christo
[i] reverendissimo patre *fehlt Madrid 55*
[j] *VL 3987 folgt* domini
[k] *RA 274 int. 1 folgt* data
[l] rotuli *fehlt VL 3987*
[m] reverendissimorum patrum *fehlt VL 4989, Madrid 55*
[n] dominorum *fehlt RA 274 int. 1*
[o] sancte - ecclesie *fehlt VL 4989, Madrid 55*
[p] signati *RA 274 int. 1* assignati
[q] preferantur *VL 3987* proferantur
[r] Sancti Eustachii *RA 274 int. 1* Sancto Eustac‹h›io
[s] presentibus - dominis *fehlt VL 4989*
[t] intelligatur *VL 4989, Paris 4121, Reims 771* intelligitur
[u] reverendissimorum patrum *Madrid 55* cardinalium
[v] datis *RA 274 int. 1, VL 3987, Madrid 55, Paris 4121* data
[w] dictorum *fehlt RA 274 int. 1, Madrid 55*
[x] alios *Madrid 55* illos*; VL 4989* aliquos
[y] referatur *VL 3987, Madrid 55* referantur*; RA 262* inferatur

## 43.

REGULA DE REGISTRANDIS SUPPLICATIONIBUS PER „CONCESSUM“[a].

Item[b], eadem die[1], idem dominus noster[c] ordinavit et mihi[2] mandavit, quod facerem per personam idoneam et legalem per me eligendam omnes supplicationes per „concessa“ per me[d] ab eodem domino nostro seu de eius mandato recepta[e] signatas et expeditas cum[f] earum[g] signationibus registrari, et[h] registrum iam[i] de mandato meo per Sanctonem

[1] *(1379 Februar 20).*

Brachardi[j3] diaconum Cenomanensem[k4] baccalarium in decretis abbreviatorem, quem ad hoc duxi tamquam fidelem et idoneum eligendum, inchoatum et factum approbavit ac voluit et ordinavit, quod huiusmodi registro facto et fiendo de cetero adhibeatur plena fides.

[2] = *Vizekanzler.*
[3] *Sanctone Brachardi*.
[4] *Le Mans, Pays de la Loire, Frankreich*.

[a] Regula - concessum *Paris 4121*
[b] *RA 262 folgt* quod
[c] idem - noster *fehlt Madrid 55*
[d] per - me *VL 3987* concessas*; Madrid 55* concess(as) per me
[e] recepta *Paris 4121* recept(as)
[f] cum *RA 262* in
[g] earum *RA 262, VL 3987, Paris 4121* eorum
[h] et *RA 262* in
[i] iam *RA 262* nam
[j] Sanctonem Brachardi *Madrid 55* Sancium Brochardi*; Paris 4121* Sanctionem Brocardi*; RA 262* Zanctonem Brochardi
[k] *RA 262 folgt* diocesis

**44.**

REGULA, QUOD PETENTI EXPECTATIONEM NON DATUR VACANS BENEFICIUM IN COLLATIONE[a].

Item prefatus dominus noster, VI kalendas martii[b] anno primo[1], ordinavit, quod in casibus, in quibus in rotulis beneficialium expectationum ipse[c] ex[d] certa scientia signaret gratias de[e] vacantibus beneficiis ac[f] daret eisdem rotulis datam ipsam[g] signationem[h] precedentem, data illa ad expectationes et non ad[i] supplicationes beneficiorum vacantium referatur[j]; et quod in dictis supplicationibus vacantium beneficiorum data ipsius[k] signationis attendatur et exemplum posuit in rotulo quodam dato[l] pro parte domine regine Sicilie[2], in quo sunt multe supplicationes Neapolitane[m] de beneficiis vacantibus, de quibus idem dominus noster tunc declaravit sue intentionis fuisse et esse, quod ille censeantur fuisse[n] concesse non obstante quadam alia constitutione eiusdem domini nostri, qua cavetur supplicationes vacantium in rotulis expectationum non censeri concessas.

[1] *1379 Februar 24*.
[2] *Johanna I. von Anjou, 1343-1382 Königin von Neapel*.

[a] Regula - collatione *Paris 4121; Madrid 55* Non veniunt alias non signantur beneficia vacantia cum supplicationibus expectantium in rotulis eisdem
[b] *RA 262 folgt* pontificatus sui
[c] ipse *VL 3987* ipsi
[d] ex *fehlt Madrid 55*
[e] de *Madrid 55* in
[f] ac *fehlt RA 262; Reims 771* aut
[g] datam ipsam *fehlt RA 262, VL 3987*

[h] signationem *RA 262* assignationem*; Paris 4121* signatam
[i] ad *fehlt Paris 4121*
[j] referatur *Madrid 55* referuntur*; Paris 4121* referantur
[k] ipsius *Madrid 55* ipsa
[l] rotulo quodam dato *VL 3987* rotulis quodam datis
[m] Neapolitane *fehlt Madrid 55*
[n] fuisse *Madrid 55, Reims 771* esse

## 45.

REGULA DE BENEFICIIS IN REGNO DOMINE USQUE AD CERTAM SUMMAM CONCESSIS[a].

Item idem dominus noster, Fundis[b], V kalendas martii anno primo[1], ordinavit, quod, ‹si› in regno[c] domine[d] regine[e2] quecumque[f] beneficia vacantia in eadem supplicatione simpliciter signata per „Fiat, G[3]“ petita fuerint, per dictam signationem omnia censeantur esse concessa, dummodo sint compatibilia et alia non obsistant[g] et dummodo predictorum omnium beneficiorum sic petitorum fructus etc. LX[h] florenorum papalium[i] valorem annuum secundum communem extimationem non excedant.

[1] *1379 Februar 25*.
[2] *Johanna I. von Anjou, 1343-1382 Königin von Neapel*.
[3] *Clemens VII. signierte die Suppliken mit* B, *vgl.* BRESSLAU, *Handbuch 2 S. 105.*

[a] Regula de beneficiis in regno domine usque ad certam summam concessis *Paris 4121*
[b] Fundis *fehlt RA 262*
[c] *Madrid 55 folgt* dicte
[d] Sicilie *fehlt VL 3987, Reims 771*
[e] regine *fehlt VL 3987, Paris 4121, Reims 771*
[f] quecumque *Reims 771* quotcumque
[g] *VL 3987* obstant(is)*; Paris 4121*
[h] LX *RA 262* sexaginta*; Paris 4121* XL
[i] papalium *VL 3987* specialium

## 46.

REGULA DE REGULIS RESERVATIONUM ET CONSTITUTIONUM PREDECESSORUM CONFIRMANDIS[a].

| *VL 3987(a).* | *VL 3987(b) und die anderen Textzeugen.* |
|---|---|
| (1) Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Clemens divina providentia papa septimus, kalendas martii pontificatus sui anno primo, videlicet die prima mense | (1) Item[b] prefatus dominus noster, kalendis martii anno primo[2], in dicta[c] civitate Fundana[d], ordinavit et fecit regulas, ordinationes, constitutiones, additiones et declarationes |

| martii anno a nativitate domini MCCC septuagesimo nono[1], in civitate Fundana, statuit et ordinavit | proxime sequentes[e]: |
|---|---|

(2) in primis[f], quod omnes regule, ordinationes, constitutiones, reservationes et reservationum declarationes[g] per felicis recordationis dominos Johannem XXII, Benedictum XII[h], Clementem VI[i], Innocentium VI[j], Urbanum V[k] et Gregorium XI Romanos pontifices predecessores suos edite et per eos seu eorum mandato[l] in Cancellaria date ac[m] per reverendissimos patres et dominos Vivariensem[3] et Sancti Eustachii[4] cardinales vise[n] perinde, ac si fuissent per eundem dominum nostrum facte[o] et promulgate, robur[p] habeant firmitatis pro toto tempore ipsius domini nostri[q]. Et ita declaravit sue intentionis fuisse a die, qua fuit ad apicem summi[r] apostolatus assumptus[5], salva prima regula dicti[s] domini Gregorii[6], que habet, quod beneficia[t] tempore obitus immediate[u] predecessoris vacantia sint reservata, quam[v] regulam[w] non[x] voluit[y] pro modo sub ista confirmatione comprehendi, sed nec etiam[z] reprobavit, sed voluit super ea deliberare[aa],

***46Ka. Anonym***

Loco istius alia est in fine, quia ista fuit correcta[bb7].

***46Kb. Aegidius Bellemara***

Attendendum[cc] tamen, quod idem dominus noster, nonis[dd] februarii anno primo[8], confirmavit eandem regulam primam domini Gregorii et eam voluit locum habere pro tempore suo et mandavit mihi, quod ita scriberem, presente reverendissimo patre domino cardinali Sancti Eustachii, et ita scripsi. E‹gidius› B‹ellemere›[ee].

(3) et salvis additionibus, correctionibus, declarationibus seu immutationibus circa[ff] regulas, ordinationes, constitutiones, reservationes et reservationum declarationes antedictas per eundem dominum nostrum aut per dictos reverendissimos patres seu alios de eius mandato iam factis vel forte in posterum[gg] faciendis, quibus additionibus, correctionibus[hh], declarationibus seu immutationibus factis vel faciendis[ii] non vult idem dominus noster per presentem ordinationem aliquod[jj] preiudicium generari, et salvo etiam, quod inter[kk] contrarias regulas serventur posteriores, et etiam voluit et ordinavit[ll], quod usus, stilus[mm] et ob-

---

[2] *1379 März 1*.
[1] *1379 März 1.*
[3] *Petrus de Sortenaco.*
[4] *Petrus Flandrini.*
[5] *1378 September 20*.
[6] *Gregor XI. Nr. 1*.
[7] = *Nr. 136*.
[8] *1379 Februar 5*.

servantie ipsius Cancellarie salvis premissis[nn] etiam pro tempore suo teneantur et observentur.

---

[a] Regula - confirmandis *Paris 4121; Madrid 55* Approbatio domini nostri Clementis pape VII omnium regularum et constitutionum suorum predecessorum suprascriptarum
[b] *RA 262 folgt* quod
[c] dicta *fehlt VL 3987(b)*
[d] in – Fundana *fehlt RA 262; Madrid 55* Fundis
[e] *VL 3987(b) folgt* et primo primam positam scilicet in quinterno regularum domini nostri Clementis
[f] In primis *fehlt VL 3987(a)*
[g] *VL 3987(a) folgt* precedentes in isto et in foliis supra proxime precedentibus. E(gidius) B(ellemere) *[= Aegidius Bellemara]*
[h] XII *fehlt VL 3987(a)*
[i] VI *Paris 4121* sextum
[j] VI *RA 262, VL 3987(a)* sextum
[k] V *VL 3987* quintum
[l] mandato *VL 3987(a)* mandata*; RA 262* iuramento
[m] ac *fehlt VL 3987(a)*
[n] vise *VL 3987(a)* viso*; VL 3987 folgt* pro toto tempore ipsius domini nostri
[o] facte *VL 3987(b)* facto
[p] robur *VL 3987(a)* roborum
[q] pro - nostri *fehlt VL 3987(a+b)*
[r] summi *fehlt VL 3987(a), Paris 4121*
[s] dicti *fehlt RA 262, VL 3987(a)*
[t] *Paris 4121 folgt* que
[u] immediate *VL 3987(a+b)* immediati
[v] quam *VL 3987(b)* quem
[w] regulam *fehlt RA 262*
[x] non *fehlt Paris 4121*
[y] non voluit *RA 262* noluit
[z] etiam *fehlt Paris 4121*
[aa] Et ita – deliberare *Madrid 55 nur durchgestrichen* Et ita
[bb] Loco - correcta *Madrid 55; Paris 4121 am Rand* Ista regula, ut dicitur, est ‹in› Cancellaria cancellata
[cc] Attendendum *VL 3987(b)* attendam
[dd] nonis *VL 3987 (2)* nona *(!); Paris 4121* nonas
[ee] Attendendum - Bellemere *fehlt VL 3987(a);* Egidius Bellemere *fehlt VL 3987(b)*
[ff] circa *VL 3987* certas
[gg] forte - posterum *fehlt Paris 4121*
[hh] correctionibus *fehlt VL 3987(b)*
[ii] quibus – faciendis *fehlt Paris 4121*
[jj] aliquod *fehlt RA 262, Paris 4121*
[kk] inter *Paris 4121* nunc
[ll] voluit et ordinavit *fehlt RA 262, VL 3987(b), Paris 4121*
[mm] stilus *Paris 4121* status
[nn] salvis premissis *fehlt RA 262, Paris 4121*

## 47.

REGULA DE EODEM[a].

Item, quod ordinationes eiusdem domini nostri super rotulis reverendissimorum patrum dominorum[b] cardinalium facte[c] in rotulis conclavis et familiarium ipsius[d] domini nostri ac familiarium felicis recordationis domini Gregorii pape XI predecessoris sui in omnibus et

per omnia ac in rotulis[e] dominorum regalium quoad taxam[f] et[g] beneficiorum cum gratiis[h] retinendorum multiplicationes[i] et valorem[j] vendicent[k] sibi locum.

---

[a] Regula de eodem *Paris 4121*
[b] reverendissimorum - dominorum *fehlt Madrid 55; Reims 771 folgt* sancte Romane ecclesie
[c] facte *VL 3987* facto
[d] ipsius *fehlt VL 4989*
[e] rotulis *VL 4989* rotulo
[f] taxam *Reims 771* taxas
[g] et *fehlt RA 262, Madrid 55*
[h] *VL 4989, Madrid 55 folgt* beneficiorum
[i] multiplicationes *VL 3987* multic. *(!); VL 4989* multiplicit(er)*; RA 262, Madrid 55* multiplices*; RA 274 int. 1* multiplicitates
[j] et valorem *fehlt RA 262, RA 274 int. 1, VL 3983, VL 3987, VL 4989, Madrid 55, Paris 4121*
[k] vendicent *Paris 4121* vendicionis

## 48.

REGULA, QUOD IN ROTULIS NON CONCEDENTUR[a] SUPPLICATIONES IN BENEFICIIS[b].

Item, quod nulle supplicationes super[c] certis ecclesiasticis[d] beneficiis vacantibus vel certo modo vacaturis aut super confirmationibus vel reformationibus collationum aut permutationum auctoritate ordinaria vel apostolica de certis[e] beneficiis ecclesiasticis[f] factarum vel super petitis licentiis permutandi coram[g] ordinariis[h] beneficia reservata seu super[i] plenis remissionibus[j], altaribus portatilibus et aliis gratiis spiritualibus[k], salvo quod infra in alia ordinatione dicetur de rotulis coronationis, consistoriorum et conclavis, aut super quibuslibet[l] aliis[m] gratiis non beneficialibus in quibuscumque rotulis[n] dictorum reverendissimorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie[o] cardinalium[p] aut imperatorum[q] vel regum seu quorumcumque aliorum quomodolibet inserte per signationes vel concessiones eorundem rotulorum per eundem dominum nostrum seu de eius mandato factas censeantur esse concesse, nisi de alia mente vel[r] certa scientia eiusdem domini nostri[s] alias appareat expresse. Sed voluit[t] dominus noster talia per rotulorum huiusmodi expeditores[u] sibi dari ad partem extra rotulos et[v] super hoc deliberare.

---

[a] *Paris 4121* tinasentur *(?)*
[b] Regula - beneficiis *Paris 4121 als Überschrift und am Rand* Quod in rotulis non dentur nec includantur vacantia
[c] super *Paris 4121* sub
[d] ecclesiasticis *VL 3987* et
[e] de certis *VL 3987* descer *(!)* etiam
[f] ecclesiasticis *fehlt VL 3987*
[g] coram *VL 3987* eorum
[h] ordinariis *Madrid 55, Paris 4121* ordinario
[i] super *fehlt Paris 4121*
[j] remissionibus *Paris 4121* immissionibus
[k] spiritualibus *Madrid 55, Paris 4121 auch als* specialibus *aufzulösen; RA 262* specialis *(!)*
[l] quibuslibet *VL 3987* quibuscumque*; Madrid 55 folgt* de

[m] aliis *fehlt RA 262*
[n] *VL 3987 folgt* gratiarum
[o] dictorum - ecclesie *fehlt Madrid 55*
[p] dominorum - cardinalium *fehlt Paris 4121*
[q] imperatorum *Paris 4121* imperatoris
[r] vel *Madrid 55* ex*; Paris 4121* et
[s] domini nostri *fehlt RA 262*
[t] voluit *Paris 4121* vult*; Madrid 55 folgt* idem
[u] expeditores *VL 3987* expeditorum
[v] et *fehlt Paris 4121*

**49.**

Item, quod supplicationes beneficiales[a] porrecte pro absentibus in[b] rotulo conclavis per signationem[c] dicti rotuli non censeantur esse concesse, sed potius denegate.

[a] beneficiales *RA 262* beneficiorum*; fehlt Reims 771*
[b] in *fehlt VL 3987*
[c] signationem *Madrid 55, Paris 4121* assignationem

**50.**

Item, quod supplicationes de plenis remissionibus in mortis articulo concedendis in rotulis[a] coronationis[b], dominorum[c] primorum consistoriorum et conclavis porrecte pro absentibus habeantur pro concessis et expediantur[d].

[a] rotulis *Paris 4121* rotulo
[b] coronationis *fehlt RA 262*
[c] dominorum *Madrid 55, Paris 4121, Reims 771* duorum/dnorum *ohne Kürzungsstrich*
[d] et expediantur *fehlt Paris 4121*

**51.**

Item, quod supplicationes expectationum beneficialium in rotulis coronationis[a], dominorum[b] primorum consistoriorum[c] et conclavis per alios et sub aliorum nomine pro presentibus tamen[d] tunc porrecte censeantur fuisse[e] concesse et sub datis[f] ipsorum rotulorum expediantur.

[a] coronationis *fehlt RA 262*
[b] dominorum *alle Hs.* duorum/dnorum *ohne Kürzungsstrich*
[c] consistoriorum *VL 3987* consiliariorum
[d] tamen *VL 3987* dum
[e] fuisse *fehlt RA 262*
[f] datis *RA 262, Madrid 55* data

**52.**

NOTA IN FAVOREM ‹H›ISPANORUM[a].

Item, quod in rotulis studiorum et aliorum, quoad personas supplicantes de canonicatibus, prebendis, dignitatibus, personatibus, officiis et administrationibus ecclesiarum cathedralium et metropolitanarum in regionibus, in quibus non est copia graduatorum sicut in Hispaniis[b], et in partibus similibus, possim, prout mihi[1] videbitur, obmittere[c] rigorem[d] dictarum constitutionum et[e] non graduatos, si mihi aliter[f] videantur[g] secundum qualitates ipsarum regionum et terrarum sufficientes, ad prebendas, dignitates, personatus, administrationes et officia dictarum ecclesiarum seu ‹ad› earum[h] aliqua considerata eorum[i] sufficientia collocare. Et totum remisit dominus noster conscientie mee.

[1] *Wohl Egidius Bellemara, da sich der Vizekanzler damals in Avignon aufhielt.*

[a] Nota - Hispanorum *Madrid 55*
[b] Hispaniis *RA 262* Hispania
[c] obmittere *RA 262* obtinere
[d] rigorem *VL 3987* regionem
[e] et *Paris 4121* etiam
[f] aliter *fehlt Paris 4121*
[g] rigorem - videantur *fehlt RA 262*
[h] earum *RA 262, VL 3987, Madrid 55, Paris 4121* eorum
[i] *Paris 4121 folgt* secundum

## 53.

Item, quod regulares petentes in rotulis antedictis ad collationem etc. et[a] cum clausula „Etiamsi[b] prioratus, dignitas, administratio seu officium existat" clausulam predictam per simplicem rotulorum signationem[c] iuxta Cancellarie observationem habeant reportare.

[a] et *fehlt VL 3987, Paris 4121; Madrid 55, Reims 771* etiam
[b] Etiamsi *RA 262* si
[c] signationem *Paris 4121* signatas

## 54.

RESERVATIO GENERALIS CUBICULARIUM[a].

Item[b] prefatus dominus noster, nonis martii pontificatus sui anno primo[1], in dicta civitate Fundana[c2], ex eius certa scientia auctoritate apostolica declaravit[d] omnes[e] canonicatus, prebendas, prioratus[f], prepositruras, administrationes, dignitates, personatus[g] et officia ac cetera omnia beneficia[h] ecclesiastica secularia vel regularia cum cura et sine cura per curiales seu accedentes ad apostolicam sedem[i] seu recedentes ab eadem[j] aut alias in urbe Romana, in qua[k] felicis recordationis dominus Gregorius papa XI eius[l] predecessor tempo-

[1] *1379 März 7.*

re sui obitus cum sua Romana curia residebat, aut in[m] civitate Anagnina[3] vel in aliis locis a dicta urbe Romana[n4] ultra[o] duas dietas legales[p] non distantibus dicte occasione curie commoran(tes)[q] obtenta, que[r] - sede[s] apostolica predicta[t] per dicti[u] domini Gregorii obitum vacante - in urbe Romana[v], civitate[w] Anagnina vel aliis locis[x] predictis a dicta urbe Romana[y] ultra duas dietas[z] legales, ut predicitur[aa], non remotis per cessum[bb] vel decessum dictarum personarum vel alias quomodolibet vacaverint, fuisse[cc] dispositioni[dd] sedis apostolice reservata et affecta[ee] nullumque de illis preter[ff] Romanum pontificem quoquo modo potuisse[gg] disponere sive posse, decernens irritum et[hh] inane, prout erat, quidquid in contrarium super eisdem beneficiis a quoquam[ii] quavis[jj] auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan[kk] erat tunc vel contigerit in posterum attemptari.

---

[2] *Fondi, Latium, Italien*.
[3] *Anagni, Latium, Italien*.
[4] *Rom, Latium, Italien*.

---

[a] Reservatio - cubicularium *Madrid 55; Paris 4121* Regula ista est revocata in Cancellaria
[b] *RA 262, VL 3987, Madrid 55 folgt* quod
[c] in – Fundana *fehlt RA 262; Madrid 55* Fundis
[d] *Madrid 55 folgt* esse
[e] omnes *Paris 4121* se
[f] prioratus *fehlt Paris 4121*
[g] dignitates personatus *fehlt VL 3987*
[h] ac - beneficia *VL 3987* ceteraque omnia dum
[i] apostolicam sedem *RA 262* eandem
[j] seu recedentes - eadem *fehlt RA 262*
[k] in qua *Paris 4121* que
[l] eius *VL 3987* eiusdem
[m] in *fehlt Madrid 55*
[n] Romana *fehlt VL 3987*
[o] ultra *RA 262* ad
[p] legales *fehlt RA 262*
[q] commorantes *RA 262, Paris 4121, Reims 771* commoran.*; VL 3987* commorantibus*; Madrid 55* Rom(ane)
[r] que *Madrid 55* in
[s] sede *VL 3987* sedes
[t] predicta *VL 3987* predictam
[u] predicta per dicti *Madrid 55* predicti
[v] Romana *VL 3987* Romane
[w] *Madrid 55 folgt* et
[x] locis *fehlt Paris 4121*
[y] a dicta - Romana *fehlt VL 3987*
[z] dietas *VL 3987* dietates
[aa] predicitur *VL 3987* predictum
[bb] per cessum *RA 262* processum
[cc] fuisse *RA 262* fuerit
[dd] dispositioni *fehlt Madrid 55*
[ee] et affecta *fehlt VL 3987*
[ff] preter *Reims 771* partibus
[gg] et affecta - potuisse *VL 3987* cursse
[hh] in *VL 3987* de
[ii] quoquam *Paris 4121, Reims 771* quocumque
[jj] quoquam quavis *Madrid 55* quo quamvis

[kk] forsan *fehlt Madrid 55*

## 55.

[NOTA] PAROCHIALEM [ECCLESIAM] IN CURIA [NON] VACARE[a].

Item dominus noster declaravit, quarto[b] idus aprilis pontificatus sui[c] anno secundo[1], non fuisse intentionis sue includi parochiales ecclesias sub declaratione predicta.

[1] *1380 April 10*.

[a] Nota - vacare. *Madrid 55*
[b] quarto *VL 3987, Reims 771* IIII
[c] pontificatus sui *fehlt VL 3987, Madrid 55*

## 56.

Item, eadem die[1], idem[a] dominus noster statuit et ordinavit[b], quod in quibuscumque supplicationibus expectationum beneficiorum ecclesiasticorum etiam pro personis ecclesiasticis simplicibus et non graduatis infra vel extra rotulos porrectis[c] per ipsum dominum nostrum papam seu de eius mandato simpliciter signatis[d] per huiusmodi signationem simplicem[e] veniant etiam decanatus[f] et archipresbiteratus, si petiti fuerint, dummodo dignitates et personatus non existant, et mandavit mihi[2], quod illam clausulam „Dummodo dignitates[g] vel personatus non existant[h]" faciam inseri in litteris apostolicis conficiendis super supplicationibus antedictis.

[1] *(1379 März 7)*.
[2] *= Vizekanzler.*

[a] idem *fehlt VL 3987, Madrid 55*
[b] et ordinavit *fehlt VL 3987*
[c] porrectis *Paris 4121* porrectos
[d] signatis *RA 262* designatis
[e] simplicem *fehlt RA 262*
[f] decanatus *Madrid 55* canonicatus
[g] dignitates *Madrid 55, Paris 4121* dignitas
[h] et mandavit - existant *fehlt RA 262;* existant *Madrid 55* existat

## 57.

REGULA, QUOD PREFERANTUR FAMILIARES[a] CARDINALIUM DE RAUPIS[1] SOCIIS ALIIS[b].

[1] *Zu* raupa *= Kleid vgl. M. GONON, Glossaire forézien du XV[e] siècle d'après les testaments, in: Revue de linguistique romane 28 (1964) S. 408-445, 29 (1965) S. 141-186 und 314-358, hier S. 333*.

Item[c] prefatus dominus noster, apud Sperlongam[d] diocesis Gaietane, XVIII kalendas maii anno primo[e2], voluit et ordinavit, quod in rotulis[f] reverendissimorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie[g] cardinalium familiares[h] ipsorum dominorum[i] domestici commensales induti[j] de vestibus capellanorum equitantium in cappis cum ipsis dominis et camerarii[k], thesaurarii, cubicularii[l], magistri capelle, elemosinarii, emptores[m], buticularii[n] eorundem dominorum[o] et alii ecclesiastici principalia officia[p] in eorum[q] domibus exercentes[r] aliis familiaribus ipsorum seu aliorum dominorum[s] cardinalium minoris status et gradus, ac etiam presbiteri et clerici induti[t] de vestibus clericorum aliis clericis indutis[u] de vestibus[v] officiariorum seu familiarium in assequendis beneficiis vigore gratiarum similium in[w] eisdem rotulis concessarum ceteris paribus preferantur, quibuscumque collocationibus[x] seu assignationibus per visitatores rotulorum in contrarium factis[y] non obstantibus[z] in hac parte.

---

[2] *1379 April 14*.

---

[a] familiares *Paris 4121* familiarum
[b] Regula - aliis *Paris 4121*
[c] *RA 262, VL 3987, Madrid 55, Paris 4121 folgt* quod
[d] apud Sperlongam *RA 262, Madrid 55* Spelunce
[e] prefatus — primo *fehlt VL 4989;* anno primo *fehlt RA 262, Madrid 55, Paris 4121*
[f] rotulis *VL 4989* rotulo
[g] reverendissimorum - ecclesie *fehlt Madrid 55*
[h] familiares *Paris 4121* familiarum*; VL 3987* familiarium
[i] dominorum *fehlt VL 3983, VL 3987, Madrid 55*
[j] induti *Paris 4121* inducti*; VL 4989* indicti
[k] camerari *VL 3987* camerariis
[l] cubicularii *fehlt VL 3987*
[m] emptores *VL 3987* emptorum
[n] buticularii *VL 3987* daticulares*; VL 4989* cubicularii
[o] dominorum *fehlt VL 3983*
[p] ecclesiastici - officia *VL 3987* alii officite
[q] eorum *Madrid 55* eorundem
[r] exercentes *Madrid 55* existentes*; Paris 4121* existantes *(!)*
[s] dominorum *VL 3987* dictorum
[t] induti *Paris 4121* inducti
[u] indutis *VL 3983, Paris 4121* inductis
[v] clericorum — vestibus *fehlt VL 3987*
[w] in *fehlt Paris 4121*
[x] collocationibus *VL 4989* collationibus
[y] factis *fehlt Madrid 55*
[z] *VL 4989 folgt* quibuscumque

**58.**

Item, quod ordinationes eiusdem domini nostri pape facte in rotulis proxime dictis[a] circa taxas et multiplicationes beneficiorum cum gratiis impetratis[b] retinendorum ac[c] valorem

beneficiorum eorundem sic retinendorum, ut prefertur, in rotulis[d] familiarium familiarium[e] eiusdem domini nostri pape[f] per omnia vendicent sibi locum.

---

[a] proxime dictis *VL 3987* predictis
[b] impetratis *RA 262* impetrantis
[c] ac *Paris 4121* ad
[d] rotulis *VL 3987* rotulo
[e] familiarium familiarium *VL 3987* familiarum familiarum*; Madrid 55, Paris 4121* familiarium
[f] pape *fehlt RA 262, Madrid 55, Paris 4121*

**59.**

NOTA, QUALITER FRUCTUS COMPUTENTUR ET QUIBUS TAXA INTELLIGITUR[a].

Item, quod valor seu extimatio, de[b] qua mentionem faciunt ordinationes[c] antedicte, referatur solum ad ea, que valere[d] possunt ipsa beneficia deductis oneribus[e] ipsis beneficiatis[f] a[g] beneficiis[h] huiusmodi absentibus[i] importatis[j].

---

[a] Nota - intelligitur *Madrid 55*
[b] que *VL 3987*
[c] ordinationes *Paris 4121* ordinatores
[d] valere *VL 3987* valore
[e] oneribus *VL 3983, VL 3987, Paris 4121* omnibus
[f] beneficiatis *RA 262* beneficiis
[g] a *fehlt Paris 4121; VL 3987* ac
[h] a beneficiis *fehlt VL 4989*
[i] absentibus *fehlt VL 3983*
[j] importatis *Paris 4121* impetratis

**60.**

Item, quod, si familiares dictorum reverendissimorum patrum[a] de domibus et obsequiis eorundem dominorum aut alias in fraudem ad obsequia dictorum domini nostri pape familiarium, ut[b] in dicto familiarium familiarium[c] dicti domini nostri[d] rotulo sub data meliori gratias reportarent[e], se transtulerunt, tales gratie nulle censeantur ipso iure.

---

[a] reverendissimorum patrum *Madrid 55* cardinalium
[b] ut *fehlt Paris 4121*
[c] familiarium *fehlt RA 262, Madrid 55, Paris 4121*
[d] dicti domini nostri *RA 262* dicto
[e] reportarent *RA 262, Madrid 55* impetrarent*; Paris 4121 folgt* et

**61.**

Item voluit et ordinavit, quod super beneficiis, que vacarunt Fundis[1] ante assumptionem domini nostri et tempore ipsius assumptionis[2] adhuc vacabant et per ipsum dominum nostrum collata fuerunt[a], tamquam de vacantibus[b] a tempore, quo idem dominus noster Romanam curiam statuit esse Fundis, videlicet die immediate sequenti post ipsius assumptionem antedictam[3], apud sedem apostolicam littere expediantur.

---

[1] *Fondi, Latium, Italien*.
[2] *1378 September 20.*
[3] *1378 September 21*.

---

[a] fuerunt *VL 3987* sue nunc
[b] vacantibus *VL 3987* vacationibus

**62.**

Item, quod impetranti[a] canonicatum[b] sub expectatione prebende cum prestimoniis, supplementis vel additamentis etc. aut dignitatis, personatus vel officii[c] detur clausula „Simul vel successive" per Cancellariam, si petatur, etiamsi[d] in supplicatione[e] principali signata petita non fuisset, et quod[f] sic in[g] aliis similibus casibus observetur.

---

[a] impetranti *RA 262, VL 3987, Madrid 55* impetrantis
[b] *Paris 4121 folgt* et prebendam
[c] dignitatis – officii *Madrid 55* dignitates personatum vel offic(ia)
[d] etiamsi *RA 262, Madrid 55* et si
[e] *VL 3987 folgt* et
[f] quod *fehlt RA 262, VL 3987*
[g] *Lesung in VL 3987 unsicher, graphisch eher* et si cui *oder* et si in

**63.**

Item, quod omnes causas[a] beneficiales[b] etiam non[c] devolutas committere[d] infra curiam cum potestate citandi ad partes et omnia alia per[e] illos, qui in officio precesserunt[f], fieri consueta[g] facere valeam absque alio specialiori mandato.

---

[a] causas *Paris 4121* casus
[b] beneficiales *fehlt Madrid 55, Paris 4121*
[c] non *fehlt Madrid 55, Paris 4121*
[d] committere *VL 3987* committerem
[e] per *Paris 4121* que
[f] precesserunt *Madrid 55* sucesserunt
[g] consueta *VL 3987* consueti

**64.**

NOTA DIEM, QUA FUIT FACTA DECLARATIO PER CARDINALES BARTHOLOMEUM NON ESSE PAPAM; NOTA, QUOD LAUDANTUR PROCESSUS FACTI POST MORTEM GREGORII ET ANTE DECLARATIONEM[a].

Item, quod omnes processus et sententie in Romana[b] sede apostolica per[c] mortem domini Gregorii divina providentia pape[d] XI immediate[e] predecessoris sui vacante et[f] ante diem IX[g] mensis augusti proxime[h] precedentem[1], qua die per sacrum reverendissimorum patrum dominorum sancte Romane ecclesie[i] cardinalium collegium extitit[j] declaratum sceleratum[k] virum Bartholomeum[2] olim Barensem archiepiscopum[l] esse apostaticum[m] et minus canonice[n] intrusum in sedem apostolicam[o] beati[p] Petri, per[q] dictos[r] reverendissimos patres[s] et Palatii apostolici ac curie Camere apostolice sedis causarum auditores agitati et late perinde[t] valeant, ac si per eosdem dominos et auditores predicto domino Gregorio predecessore adhuc vivente[u] ac[v] ex commissione eiusdem predecessoris agitati et late[w] fuissent, dummodo alias, videlicet si predictus[x] defectus non obstaret, de iure valerent, et quod ita mandari possit per Cancellariam de commissionibus dicti[y] Bartholomei, nisi in quantum omnino necesse[z] fuerit, mentione non facta[aa].

---

[1] *1378 August 9*.
[2] *Bartholomeus Prignani = Urban VI.*

---

[a] Nota - declarationem *Madrid 55*
[b] Romana *fehlt Paris 4121; RA 262* Roma
[c] per *Paris 4121* post
[d] divina - papa *fehlt Madrid 55*
[e] immediate *VL 3987, Madrid 55* immediati
[f] et *fehlt Madrid 55*
[g] et – IX *RA 262* die*;* diem IX *Paris 4121* die nona
[h] proxime *Paris 4121* proximi
[i] sancte Romane ecclesie *fehlt Reims 771*
[j] extitit *fehlt Reims 771*
[k] sceleratum *VL 3987* celeratum
[l] archiepiscopum *VL 3987* archipresbiterum
[m] apostaticum *Madrid 55* apostaturum*; VL 3987* apostairum *(!)*
[n] minus canonice *VL 3987* nus canonico *(!)*
[o] sedem apostolicam *VL 3987, Madrid 55* sede apostolica*; Paris 4121* sedis apostolica
[p] beati *Paris 4121* presbiteri
[q] per *VL 3987* et
[r] dictos *fehlt Paris 4121*
[s] reverendissimos patres *Madrid 55* dominos cardinales
[t] perinde *VL 3987* providere
[u] vivente *VL 3987* viventem
[v] ac *fehlt VL 3987*
[w] late *Madrid 55, Paris 4121* lati
[x] si predictus *Reims 771* supradictus
[y] dicti *fehlt RA 262*
[z] omnino necesse *Paris 4121* aut *(?)* ex ea auctoritate
[aa] valerent - facta *fehlt VL 3987*

## 65.

Item ex[a] nunc statuit et ordinavit curiam[b] Romanam, Cancellariam, Audientias litterarum contradictarum et Palatii esse amodo in loco isto et Audientias predictas[c] contradictarum

et Palatii in ecclesia beate Marie[d] huius loci[1] per auditores exerceri[e], donec aliud super hiis duxerit ordinandum.

---

[1] *Sperlonga, Latium, Italien.*

---

[a] ex *fehlt Madrid 55*
[b] curiam *fehlt Madrid 55*
[c] predictas *Madrid 55* pro dictis
[d] beate Marie *fehlt Reims 771*
[e] exerceri *Paris 4121* exercere

**66.**

Sed post ista, eodem anno, die XXII mensis maii[1], idem dominus noster adhuc existens apud dictum locum Sperlonge[a2] curiam[b], Cancellariam et Audientias antedictas transtulit de dicto loco Sperlonge[c] et partibus ultramontanis ad partes istas citramontanas et civitatem istam Avinionensem[3] et, eadem die, de Sperlonga[d] recessit et mare intravit et iter arripuit veniendo ad partes istas.

---

[1] *(1379) Mai 22*.
[2] *Sperlonga, Latium, Italien.*
[3] *Avignon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.

---

[a] Sperlonge *RA 262, Madrid 55* Spelunce
[b] *Paris 4121 folgt* Romanam
[c] Sperlonge *RA 262, Madrid 55* Spelunce
[d] Sperlonga *RA 262, Madrid 55* Spelunca

**67.**

Item, XVI kalendas iunii eodem anno[1], idem dominus noster apud dictum locum Sperlonge[a2] statuit et ordinavit, quod in omnibus rotulis studiorum et etiam in rotulis graduatorum Fundis[3] examinatorum graduati, magni[b] nobiles et scolares, qui tanto tempore audiverunt, quod sufficit[c] pro gradu habendo, habeant datam X kalendas decembris anno primo[d4].

---

[1] *(1379) Mai 17*.
[2] *Sperlonga, Latium, Italien.*
[3] *Fondi, Latium, Italien*.
[4] *1378 November 22*.

---

[a] Sperlonge *RA 262, Madrid 55* Spelunce
[b] magni *Reims 771* magistri*; Paris 4121* magis
[c] sufficit *Reims 771* sufficiu(n)t*; RA 262* sunt sufficientes
[d] X - primo *fehlt Madrid 55*

**68.**

NOTA, QUOD PERMUTATIO BENEFICIORUM POST ELECTIONEM FACTAM NON VALET[a].

Item[b] prefatus dominus noster papa, Tholon(e)[1], VI idus iunii pontificatus sui[c] anno primo[2], motu suo proprio dominorum cardinalium consilio accedente per modum statuti et ordinationis omnes et singulas permutationes factas seu fiendas pro tempore[d] per quoscumque[e] apostolica vel ordinaria auctoritate electos vel eligendos ad quascumque episcopales seu alias dignitates post huiusmodi electiones de eis quacumque auctoritate factas vel fiendas tamquam fraudulosas cassavit et annullavit et penitus viribus vacuavit seu decrevit et ordinavit esse nullas. Et mandavit super hiis cum bono[f] et ornato consilio ac moderamine[g] fieri litteras apostolicas opportunas[h].

---

[1] *Toulon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich.*
[2] *1379 Juni 8*.

---

[a] Nota - valet *Madrid 55*
[b] *Madrid 55 folgt* quod
[c] pontificatus sui *fehlt Madrid 55*
[d] pro tempore *fehlt Reims 771*
[e] per quoscumque *Madrid 55* pro quacumque
[f] bono *RA 262* vero
[g] moderamine *Madrid 55, Reims 771* dictamine
[h] opportunas *Madrid 55* supradictas

**69**

Item[a] prefatus dominus noster Tholon(e)[b1], V idus iunii anno primo[2], statuit et ordinavit presentibus dominis[c] cardinalibus, prout etiam[d] alias ordinaverat ultra montes, quod inter expectantes beneficia vacatura[e] ultra montes per eundem dominum nostrum papam[f] seu eius mandato signatos[g] in similibus collationibus et datis concurrentibus[h] illi, qui presentes fuerunt ultra montes, absentibus ceteris paribus in[i] beneficiorum vigore huiusmodi gratiarum similium assecutione ceteris paribus[j] preferantur.

---

[1] *Toulon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *1379 Juni 9*.

---

[a] *Paris 4121 folgt* quod
[b] Tholone *fehlt RA 262*
[c] dominis *fehlt Madrid 55*
[d] etiam *fehlt RA 262*
[e] vacatura *RA 262* vacantia
[f] papam *fehlt Madrid 55*
[g] signatos *Reims 771* signatis
[h] concurrentibus *Paris 4121* concurrentes
[i] in *Paris 4121* et
[j] ceteris paribus *fehlt RA 262*

**70.**

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

Item prefatus dominus noster papa[a], in civitate Avinionensi[1], statuit et ordinavit, quod, si contingat ipsum facere gratiam alicui etiam providendo de beneficio pertinente ad collationem seu[b] concessione facta[c] alicui de reverendissimis patribus[d] dominis cardinalibus noviter per eundem dominum nostrum creatis[2] per ipsum dominum nostrum[e] super beneficiis vacaturis comprehenso[f] et idem dominus cardinalis acceptaverit tale beneficium per se vel per procuratorem infra tempus nec[g] sit illud beneficium generaliter[h] reservatum, valeat acceptatio, etiamsi sequatur gratiam vel provisionem antedictam.

---

[1] *Avignon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[2] *Clemens VII. erhob erstmals am 16. Dezember 1378 Kardinäle, Eubel, Hierarchia 1 S. 27.*

---

[a] papa *fehlt Madrid 55*
[b] seu *RA 262* sub
[c] concessione facta *Madrid 55* concessionem factam
[d] reverendissimis patribus *fehlt Madrid 55*
[e] per ipsum - nostrum *fehlt RA 262*
[f] comprehenso *RA 262, Madrid 55* comprehensum
[g] nec *RA 262* ut
[h] generaliter *fehlt Madrid 55*

**71.**

Item, quod dicti domini cardinales in qualibet provincia sibi decreta possint duo beneficia acceptare vigore concessionis antedicte[a].

---

[a] *Madrid 55 folgt* videlicet XXI *(in der Vorlage waren die Regeln offenbar numeriert; bezieht sich wohl auf Nr. 70.)*

**72.**

[f] XXII *Seu d'Urgell 2086* XII
[g] mensis *fehlt Seu d'Urgell 2086*

### 127.

Item, eisdem[a] anno et die[1], reservavit cum inhibitione et decreto omnes cathedrales ecclesias regulares et seculares[b] et monasteria abbatialia virorum dumtaxat.

---

[1] *(1378 September 22)*.

[a] eisdem *VL 3987* eidem
[b] regulares - seculares *VL 3987, Madrid 55* regularum et secularum

## 128.

RESERVATIO[a].

Item, eadem die[b1], reservavit beneficia dominorum[c] cardinalium presentium et futurorum nec non beneficia familiarium commensalium ipsorum[d] cardinalium[e] quocumque tempore assumptorum vel assumendorum[f] ac collectorum, subcollectorum et omnium officiariorum[g] ac familiarium suorum et capellanorum sedis apostolice et beneficia vacantia vel vacatura[h] per assecutionem[i] aliorum beneficiorum auctoritate sua collatorum vel conferendorum[j], cuiuscumque qualitatis existant. Et omnes premissas reservationes fecit, prout dominus Gregorius et alii predecessores sui in sua[k] creatione facere consueverunt[l].

Vester P‹etrus›[m] cardinalis Vivariensis[n2].

[1] *(1378 September 22)*.
[2] *Petrus de Sortenaco.*

[a] Reservatio *Madrid 55*
[b] Item - die *VL 4989* Dominus noster Clemens papa VII videlicet XXII die mensis septembris anno a nativitate domini millesimo trecentesimo septuagesimo octavo pontificatus sui anno primo
[c] dominorum *VL 3987* duorum *(!)*
[d] *RA 262 folgt* dominorum
[e] ipsorum cardinalium *VL 3987* ipsius cardinalis
[f] quocumque - assumendorum *VL 4989, Madrid 55, Paris 4121* qui sunt et erunt pro tempore
[g] officiariorum *VL 3987, Paris 4121* officiorum*; Madrid 55* officialium
[h] vel vacatura *fehlt Reims 771*
[i] assecutionem *RA 262* assumptionem
[j] *VL 3987* constituendorum
[k] sua *RA 262, VL 3987, Reims 771* sui
[l] *Reims 771 folgt mit* vacat-*Vermerken* Cardinalis Vivariensis *und* Reverendissimo domino meo domino cardinali Pampilonensi. Reverendissime pater et domine. Ordinavit hodie dominus noster, quod rotulus studii Andegavensis
[m] Vester Petrus *fehlt RA 262, VL 3987, Madrid 55, Seu d'Urgell 2086;* Petrus *fehlt Paris 4121*
[n] Et omnes - Vivariensis *fehlt VL 4989;* Ves~~ter – Vivariensis *Reims*~~ *771 nach Nr. 129Kb.*

## 129.

Nota, quod dominus noster papa Clemens VII reservavit specialiter dispositioni sue omnes dignitates in cathedralibus maiores post pontificales et in collegiatis principales; et hec XII kalendas decembris anno primo[1], ut patuit de decanatu sancti Johannis Andegavensis[a2] etc.

[1] *1378 November 20.*

[2] *Angers, Pays de la Loire, Frankreich*.

[a] *Layoutendnote*

**_129Ka. Anonym_**

Hec reservatio fuit facta de anno tertio[1] pro decanatu ecclesie Carnotensis[2]. Et declaratio de beneficiis, que persone obtinentes huiusmodi dignitates obtinerent in eisdem ecclesiis ac civitate et diocesi, fuit facta anno quinto[a3].

[1] *1380 Oktober 31 – 1381 Oktober 30*.
[2] *Chartres, Centre, Frankreich*.
[3] *1382 Oktober 31 – 1383 Oktober 30*.

[a] Hec – quinto *Reims 771*

**_129Kb. Anonym_**

Post, anno IX[1], fuit declaratum, quod per dignitatem principalem in ecclesia collegiata non veniant canonicatus et prebende ac alia beneficia ecclesiarum cathedralium, que beneficia per canonicos ecclesie consueverunt obtineri. Et fuit ad instantiam Jacobi Perier, qui litigabat pro canonicatu et semiprebenda Carnotensis[2], qui dicebantur vacasse, quia eos obtinens obtinuerat decanatum ecclesie sancti Salvatoris Blesensis[3] Carnotensis diocesis[a].

[1] *Nach 1387 Oktober 30*.
[2] *Chartres, Centre, Frankreich*.
[3] *Blois, Centre, Frankreich*.

[a] Post – diocesis *Reims 771*

## 130.

[RE]SERVATIO[a].

Item idem dominus noster, IIII idus aprilis pontificatus sui anno secundo[b1], declaravit omnia beneficia fratrum et nepotum reverendissimorum patrum[c] dominorum cardinalium, videlicet filiorum, fratrum et sororum eorundem dominorum[d] cardinalium, ubicumque ipsos decedere contingeret, licet fratres et nepotes huiusmodi[e] non fuerint[f] tempore obitus ipsorum dominorum[g] cardinalium[h] familiares commensales[i], fuisse et esse dispositioni sue reservata sub declaratione familiarium commensalium eorundem dominorum[j] cardinalium et sub data reservationis predicte.

[1] *1380 April 10*.

[a] Reservatio *Seu d'Urgell 2086*
[b] pontificatus – secundo *Madrid 55* anni secundi*;* secundo *RA 262* II
[c] reverendissimorum patrum *fehlt Madrid 55*
[d] dominorum *fehlt Madrid 55*
[e] huiusmodi *fehlt Seu d'Urgell 2086*

[f] fuerint *Seu d'Urgell 2086* deficerint
[g] dominorum *fehlt Madrid 55*
[h] cardinalium *fehlt Paris 4121*
[i] familiares commensales *Seu d'Urgell 2086* familiarum anniversalis
[j] dominorum *fehlt Madrid 55*

## 131.

Item voluit[a], quod dicta reservatio esset generalis.

[a] voluit *fehlt Madrid 55, Seu d'Urgell 2086*

## 132.

QUAM DATAM HABEANT IN ROTULIS GRADUATI[a].

Item ordinavit idem dominus noster, IIII[b] kalendas aprilis pontificatus sui anno secundo[c1], quod rotuli studiorum regni Francie, videlicet Tholosani[2], Andegavensis[3], Montispessulani[4], Caturcensis[5], Avinionensis[6], datam habeant videlicet pro doctoribus et licentiatis XIIII kalendas[d7], pro baccalariis et magnis nobilibus ac magistris in artibus XII[8] et pro scolaribus quibuscumque VIII kalendas decembris anno primo[9].

[1] *1380 März 29*.
[2] *Toulouse, Midi-Pyrénées, Frankreich*.
[3] *Angers, Pays de la Loire, Frankreich*.
[4] *Montpellier, Languedoc-Roussillon, Frankreich*.
[5] *Cahors, Midi-Pyrénées, Frankreich*.
[6] *Avignon, Provence-Alpes-Côte d'Azur, Frankreich*.
[7] *1378 November 18*.
[8] *1378 November 20*.
[9] *1378 November 24*.

[a] Quam - graduati *Paris 4121; Seu d'Urgell 2086* Data aliorum studiorum
[b] IIII *Paris 4121, Seu d'Urgell 2086* III
[c] idem – secundo *Madrid 55* III idus anni secundi*;* secundo *Reims 771* II
[d] kalendas *fehlt Paris 4121, Seu d'Urgell 2086*

## 133.

RESERVATIO GENERALIS IUXTA EXTRAVAGANTEM[a].

Item idem dominus noster, videlicet secunda[b] die post assumptionem suam[c1], huiusmodi fecit omnes[d] reservationes generales similes illis, quas fecerat dominus Benedictus papa XII contentas in constitutione, que incipit „Ad regimen[e2]", et alias suprascriptas ordinationi

[1] *1378 September 22*.
[2] *= Benedikt XII. Nr. 35B*.

et dispositioni sue, quamdiu ipsum regimini[f] universalis ecclesie preesse contigerit, et voluit beneficia quorumcumque subcollectorum fructuum et proventuum Camere apostolice debitorum sub data[g] reservationis includi, ita tamen, quod in qualibet civitate et diocesi non sit nisi unus subcollector, prout etiam voluit dominus Gregorius eiusdem sanctitatis[h] predecessor.

---

[a] Reservatio - extravagantem *Paris 4121; Madrid 55* Reservatio generalis*, auf dem inneren Blattrand noch eine weitere unlesbare Marginalie; Seu d'Urgell 2086* confirmat reservationes factas per Benedictum *sowie auf der Höhe von* „Ita tamen“ De subcollectoris, quod sit unicus
[b] secunda *Madrid 55, Paris 4121* II
[c] suam *fehlt Paris 4121*
[d] omnes *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[e] *Seu d'Urgell 2086 folgt* ecclesie
[f] et alias - regimini *fehlt VL 3987*
[g] data *Reims 771* hoc modo
[h] eiusdem sanctitatis *VL 3987* eius

## 134.

De reservatione beneficiorum vacantium Fundis[a].

Item, secunda[b] die post assumptionem suam[c1] et ante sue coronationis insignia[2], reservavit dispositioni sue omnia beneficia ecclesiastica secularia[d] et regularia[e] cum cura et sine cura tempore assumptionis huiusmodi in civitate Fundana[f3] vacantia et in posterum, quamdiu curia ibidem fuerit[g], vacatura.

---

[1] *(1378 September 22)*.
[2] *1378 Oktober 31.*
[3] *Fondi, Latium, Italien.*

---

[a] De - Fundis *Seu d'Urgell 2086; Madrid 55* Reservatio
[b] secunda *RA 262, Paris 4121* II
[c] secunda - suam *Madrid 55* eadem die
[d] secularia *fehlt VL 3987*
[e] et regularia *fehlt Madrid 55*
[f] Fundadana *VL 3987*
[g] fuerit *Reims 771* erit

## 135.

De vacantibus in Roma[a].

Item, eadem die[1], fecit similem reservationem de beneficiis huiusmodi tempore dicte assumptionis in Urbe vacantibus et in antea[b] vacaturis, dummodo domiciliarii[c] in dicta Urbe non[d] existant.

---

[1] *(1378 September 22.)*

[a] De - Roma *Seu d'Urgell 2086*
[b] et in antea *RA 262* in curia Romana
[c] domiciliarii *Madrid 55* de mutiliaris *(!)*
[d] non *fehlt Seu d'Urgell 2086*

## 136.

SEQUITUR CONFIRMATIO OMNIUM REGULARUM SUPRASCRIPTARUM PREDECESSORUM SUORUM[a].

Item sanctissimus in Christo[b] pater et[c] dominus noster[d] dominus[e] Clemens papa VII[f], videlicet kalendis martii anno primo[1], approbavit et ratificavit omnes regulas, ordinationes et declarationes supradictas et ipsas servari voluit, quamdiu vitam ageret[g] in humanis, salvis modificationibus, additionibus et correctionibus supra et infra scriptis. Et voluit, quod inter contrarias regulas serventur posteriores et quod usus et stilus Cancellarie pro tempore suo teneantur et inviolabiliter observentur ac voluit et[h] declaravit approbationem et ratificationem[i] huiusmodi a die assumpcionis sue[2] ad[j] apicem[k] summi apostolatus valuisse et valere et effectum sortiri debere[l].

[1] *1379 März 1*.
[2] *1378 September 20.*

[a] Sequitur - suorum *Madrid 55; Paris 4121* Approbatio regularum*; Seu d'Urgell 2086* Ratificatio regularum
[b] in Christo *fehlt Paris 4121, Reims 771, Seu d'Urgell 2086*
[c] sanctissimus - et *Madrid 55* idem
[d] noster *fehlt Paris 4121, Reims 771*
[e] noster dominus *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[f] dominus - VII *fehlt Madrid 55;* VII *Seu d'Urgell 2086* septimus
[g] ageret *fehlt VL 3987*
[h] voluit et *fehlt VL 3987*
[i] ratificationem *RA 262* notificationem
[j] ad *Seu d'Urgell 2086* al(ias)
[k] apicem *Paris 4121* picem
[l] debere *fehlt VL 3987*

## 137.

RESERVATIO DIGNITATUM[a].

Item idem dominus noster, videlicet kalendas martii pontificatus sui anno primo[b1], declaravit omnes patriarchales, archiepiscopales et episcopales ecclesias et monasteria[c] necnon dignitates, personatus et officia, canonicatus et prebendas[d] et alia[e] beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura, que[f] per dictum dominum Gregorium[g] predecessorem suum reservata tempore obitus ipsius[h] predecessoris vacabant, per huius-

[1] *1379 März 1*.

modi reservationem[i] fore affecta[j] nullumque de illis preter Romanum pontificem potuisse vel posse disponere quoquo modo.

---

[a] Reservatio dignitatum *Seu d'Urgell 2086*
[b] idem - primo *Madrid 55* eadem die
[c] *Madrid 55 folgt* et alia beneficia ecclesiastica
[d] *RA 262 folgt* decimas*; VL 3987, Paris 4121 folgt* ecclesias
[e] alia *fehlt VL 3987*
[f] que *fehlt VL 3987*
[g] dictum - Gregorium *fehlt Madrid 55;* dominum Gregorium *fehlt Paris 4121, Seu d'Urgell 2086;* Gregorium *fehlt VL 3987*
[h] ipsius *VL 3987* sui
[i] reservationem *Madrid 55* resignationem
[j] affecta *Paris 4121* affectam

## 138.

[I]STI PREFERUNTUR [A]LIIS ROTULIS ALIORUM [S]TUDIORUM[a].

Sanctissimus in Christo[b] pater et dominus[c] dominus noster Clemens divina providentia[d] papa VII[e] ordinavit de omnibus rotulis studii Parisiensis, quod magistri in theologia habeant datam XV kalendas decembris anno primo[1].

---

[1] *1378 November 17*.

---

[a] Isti - studiorum *Seu d'Urgell 2086 am Rand mit Klammer neben den Nr. 138-140 und 142-146; Paris 4121* Quam datam habeant graduati
[b] in Christo *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[c] dominus *fehlt Seu d'Urgell 2086; RA 262 folgt* noster
[d] divina providentia *fehlt VL 3987, Paris 4121, Reims 771, Seu d'Urgell 2086*
[e] Sanctissimus - VII *Madrid 55* Item*;* VII *Seu d'Urgell 2086* septimus

## 139.

Item, quod[a] licentiati in theologia et[b] etiam baccalarii formati in eadem facultate, qui perfecerunt[c] adeo[d] cursus suos, quod possint gradum licentiature[e] vel magisterii[f] adipisci, habeant datam supradictam[1].

---

[1] *(1378 November 17)*.

---

[a] quod *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[b] et *fehlt VL 3987*
[c] *VL 3987* proferunt
[d] adeo *Paris 4121* ad eum
[e] licentiature *Reims 771* licentie
[f] magisterii *Seu d'Urgell 2086* magistratum

## 140.

Item, quod doctores et etiam licentiati in decretis, sive fuerint doctorati[a] vel licentiati Parisius sive in alio studio, qui sunt in aliquo de supradictis rotulis, habeant eandem datam[1].

---

[1] *(1378 November 17)*.

---

[a] doctorati *Madrid 55, Paris 4121* doctores

**141.**

Item[a], quod doctores legum, qui sunt scripti[b] in aliquo de dictis rotulis, et etiam licentiati in legibus habeant eandem datam[1].

---

[1] *(1378 Nobember 17)*.

---

[a] quod *fehlt RA 262, Madrid 55, Paris 4121, Reims 771*
[b] scripti *fehlt Madrid 55*

**142.**

Item, quod[a] baccalarii in decretis, qui tanto tempore legerunt, quod perfecerunt secundum dictum tempus cursus suos, ita quod merito possint ad gradum licentiature[b] vel doctoratus pertingere, habeant eandem datam[1].

---

[1] *(1378 November 17)*.

---

[a] Item quod *fehlt Madrid 55;* quod *fehlt Paris 4121, Reims 771, Seu d'Urgell 2086*
[b] licentiature *Reims 771* licentie

**143.**

Item, quod[a] baccalarii in legibus, qui sunt inscripti[b] in aliquo de dictis rotulis, qui[c] tanto tempore legerunt, quod perfecerunt[d] secundum dictum tempus[e] cursus suos, ita quod merito possint ad gradum[f] licentiature vel doctoratus pertingere, habeant eandem datam[1].

---

[1] *(1378 November 17)*.

---

[a] quod *fehlt VL 3987, Reims 771*
[b] inscripti *VL 3987, Paris 4121* scripti*; RA 262* infrascripti
[c] *Madrid 55, Seu d'Urgell 2086 folgt* in
[d] quod perfecerunt *VL 3987* qui persequuntur
[e] secundum - tempus *fehlt RA 262*
[f] ad gradum *fehlt VL 3987*

**144.**

Item, quod[a] magistri in medicina[b], habeant eandem datam[c1].

---

[1] *(1378 November 17)*.

---

[a] quod *fehlt Paris 4121, Reims 771*
[b] *Madrid 55 folgt* vel in artibus existentes in aliquo de dictis rotulis *von Nr. 146*
[c] habeant - datam *fehlt VL 3987*

**145.**

Item, quod[a] licentiati in medicina[b], qui gradum magisterii possint adipisci[c] per rigorem, habeant eandem datam[d1].

---

[1] *(1378 November 17)*.

---

[a] quod *fehlt Reims 771*
[b] Item - medicina *fehlt VL 3987*
[c] adipisci *Madrid 55* dipici *(!)*
[d] adipisci - datam *fehlt RA 262*

**146.**

Item, quod magistri in artibus existentes in aliquo de dictis rotulis habeant eandem datam[a1].

---

[1] *(1378 November 17).*

---

[a] *Layoutendnote*

**147.**

Ceteri vero, cuiuscumque facultatis existant, habeant datas alias[a] eis concessas, quia circa illos[b] nihil immutatur[c], nec[d] est[e] intentionis[f] prefati domini nostri, quod, si aliqui[g] supradictorum habeant aliam[h], que precedat datam XV kalendas decembris[i1], quod per huiusmodi ordinationem suam posteriorentur.

---

[1] *(1378) November 17*.

---

[a] alias *Paris 4121* ab
[b] illos *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[c] immutatur *VL 3987, Seu d'Urgell 2086* mutatur
[d] Nec *Madrid 55* non
[e] est *fehlt VL 3987*
[f] intentionis *Madrid 55, Paris 4121* intentio
[g] aliqui *VL 3987* alicui
[h] *Seu d'Urgell 2086 folgt* datam
[i] *VL 3987 folgt* videlicet

**148.**

Prerogativa familiarium pape[a].

Item declaravit prefatus dominus noster[b] super rotulo suorum familiarium, quod inter[c] concurrentes[d] illi, qui[e] primi erunt[f] in ordine scripture, precedant alios et sint potiores[g] in assecutione gratie[h]. Et ita dixit fuisse sue intentionis[i] ab initio, dum dictus rotulus signaretur, etiamsi posteriores in[j] data[k] prius presentaverint quam priores.

---

[a] Prerogativa - pape *Seu d'Urgell 2086*
[b] prefatus - noster *fehlt Madrid 55*
[c] inter *fehlt RA 274 int. 1, VL 3987, VL 4989, Madrid 55, Paris 4121*
[d] quod – concurrentes *Seu d'Urgell 2086* pro concurren(tibus)
[e] illi qui *fehlt VL 3987*
[f] erunt *fehlt VL 3987; VL 3983* essent*; VL 4989* erant
[g] potiores *VL 4989* priores
[h] gratie *fehlt Madrid 55*
[i] dixit - intentionis *Madrid 55, Seu d'Urgell 2086* fuit dictum sue intentionis esse
[j] posteriores in *fehlt Paris 4121*
[k] in data *fehlt VL 3983;* data *VL 3987* datis

## 149.

Idem ut supra[a].

Item declaravit[b] prefatus dominus noster[c] etiam fuisse sue[d] intentionis, quod familiares sui existentes in dicto rotulo suo[e] precedant quoscumque alios habentes datam consimilem dicti rotuli et sint in assecutione et effectu gratie potiores[f].
Et vult[g], quod de huiusmodi duabus[h] declarationibus suis fiant bulle et dentur illis, quorum interest, qui ipsas voluerint habere.

Scriptum de mandato eiusdem domini nostri sub signeto suo secreto.

---

[a] Idem - supra *Seu d'Urgell 2086*
[b] declaravit *Seu d'Urgell 2086* proclaravit *(!)*
[c] prefatus - noster *fehlt Madrid 55*
[d] sue *fehlt RA 274 int. 1, VL 4989*
[e] suo *fehlt VL 3987, VL 4989, Seu d'Urgell 2086*
[f] potiores *VL 4989* priores
[g] Et vult *RA 274 int. 1, VL 4989, Paris 4121* ulterius
[h] duabus *fehlt VL 3983*

## 150.

Idem ut supra[a].

Sanctissimus in Christo pater et[b] dominus noster Clemens papa VII[c] declaravit super rotulo familiarium familiarium[d] suorum sue intentionis fuisse ab initio et nunc esse, dum dictus rotulus signaretur, quod[e] omnes dicti[f] familiares familiarium suorum, qui secum fuerunt,

dum existeret cardinalis et officio legationis[g] fungeretur[h] in partibus Italie[1], aliis familiaribus familiarium suorum in dicto rotulo existentibus et concurrentibus in eadem gratia nec non[i] quibuscumque aliis personis extra[j] dictum rotulum existentibus in eadem data et gratia concurrentibus[k] preferantur[l] in effectu gratie et sint in assecutione[m] beneficii potiores, non obstante quacumque diligentia de litteris prius presentandis[n] per quascumque personas facta vel fienda. Et voluit, quod de huiusmodi declaratione sua fiant bulle et expediantur omnibus, qui ipsas[o] habere voluerint.

---

[1] *Seit 1376 Mai 27, vgl. G. Kreuzer, Clemens VII., LexMA 2, Sp. 2144f.*

---

[a] Idem - supra *Seu d'Urgell 2086*
[b] in - et *fehlt VL 3987, Madrid 55, Paris 4121, Reims 771*
[c] Clemens papa VII *Madrid 55* predictus; VII *Seu d'Urgell 2086* septimus
[d] familiarium *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[e] *VL 3987* per
[f] dicti *fehlt VL 3987*
[g] legationis *VL 3987* regationis
[h] fungeretur *Seu d'Urgell 2086* fungerentur
[i] non *fehlt VL 3987*
[j] extra *Madrid 55* contra
[k] aliis personis - concurrentibus *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[l] preferentur *VL 3987* proferentur
[m] *Seu d'Urgell 2086 folgt* gratie et assecutione
[n] prius presentandis *Paris 4121* predictis presentandi
[o] ipsas *fehlt Seu d'Urgell 2086*

## 151.

Dominus noster papa Clemens VII, anno quinto sui pontificatus videlicet XVIII kalendas decembris[1], declaravit super rotulis, ubi scripsit „Fiat pro pauperibus et presentibus", quod illi censeantur esse presentes, qui presentes fuerunt in curia tempore presentationis suarum supplicationum aut tempore signationum rotulorum, ubi scripti fuerint. Et voluit, quod cassaretur dictio „Pauperibus".

Istud est scriptum in fine libri constitutionum Cancellarie, non tamen in ordine cum aliis constitutionibus aut regulis[a].

---

[1] *1382 November 14*.

---

[a] *Layoutendnote*

## 152.

Quod capellani honoris non fiant, nisi consentiant[a].

Item prefatus dominus noster[b], kalendis augusti anno secundo[c1] sui pontificatus[d], ordinavit, quod, si ipse[e] concedat vel mandet recipi aliquos[f] in capellanos honoris etiam motu proprio, quod, nisi appareat de eorum voluntate et consensu, non censantur esse capellani[g] honoris, nisi constaret, quod idem dominus noster eos vellet assumi in capellanos honoris[h] etiam invitos.

---

[1] *1380 August 1*.

---

[a] Quod - consentiant *Paris 4121; Seu d'Urgell 2086* Quod non censea‹n›tur capellani honoris, nisi expresse consentaentur *(!)*
[b] prefatus dominus noster *fehlt VL 3987*
[c] secundo *VL 3987* II
[d] sui pontificatus *fehlt VL 3987, Madrid 55, Paris 4121, Seu d'Urgell 2086*
[e] ipse *VL 3987* in tempore
[f] recipi aliquos *VL 3987* accipi
[g] capellani *VL 3987* capellanum
[h] honoris *fehlt VL 3987*

## 153.

FRATER BEGO DE BONO[VI]LLARIO NON POSSIT [FA]CERE PERMUTATIONEM DE [CA]MERARIA SUA[a].

Dominus noster Clemens VII[b], VI[c] kalendas iunii pontificatus sui anno tertio[d1], voluit, quod, si frater Bego[e] de Bonovillario[f] monachus ac camerarius ecclesie Castrensis[2] ordinis sancti Benedicti permutaret seu causa permutationis faciende cum aliquo[g] alio resignaret dictam suam camerariam, quod huiusmodi[h] permutatio non teneat seu valeat nec littere super hoc[i] expediantur certis ex causis, licet per dictum[j] dominum nostrum supplicatio super huiusmodi permutatione ex inadvertentia forsan fuerit signata.

---

[1] *1381 Mai 27.*
[2] *Castres, Midi-Pyrénées, Frankreich.*

---

[a] Frater - sua *Seu d'Urgell 2086*
[b] VII *Seu d'Urgell 2086* septimus; *VL 3987 folgt* papa
[c] VI *Seu d'Urgell 2086* sexto
[d] tertio *Reims 771* III
[e] Bego *VL 3987, Reims 771* Rego
[f] Bonovillario *Reims 771* de Bonovillano
[g] aliquo *Reims 771* alio
[h] quod huiusmodi *fehlt VL 3987*
[i] *VL 3987 folgt* non
[j] dictum *fehlt Reims 771*

## 154.

[DE PRI]VILEGIO CONCESSO AD [TRI]ENNIUM PER TOTAM [PROV]INCIAM[a].

Idem[b] dominus noster, X[c] kalendas decembris anno quarto[1], concessit cuilibet civitati, castro vel ville in provincia Provincie consistentibus, qui[d] petierint et habere[e] voluerint, privilegium, ne[f] possint trahi per litteras apostolicas extra dictam provinciam usque ad triennum[g].

[1] *1381 November 22.*

[a] De - Provinciam *Seu d'Urgell 2086*
[b] Idem *fehlt VL 3987, Seu d'Urgell 2086*
[c] X *Seu d'Urgell 2086* decimo
[d] qui *VL 3987* et
[e] habere *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[f] ne *Seu d'Urgell 2086* quod
[g] triennum *VL 3987* terminum

## 155.

Nota quod, quando bulla bullata petitur in aliquo corrigi, numquam ponitur „Corrigatur in registro", si sit defectus in iudice, in collatione aut in data, sed simpliciter rescribuntur et bullantur et ex integro registrantur. Sed priores possunt peti cassari in registro, ne possit allegari, quod de eadem gratia due habeantur littere. Quando autem in alio loco corriguntur, per dominum vicecancellarium aut secretarium potest poni in margine „Corrigatur in registro".

## 156.

[DE CON]FESSORIBUS ELIGENDIS, [QUI POS]SINT IPSOS GENERALITER [ABS]OLVI RATIONE EPIDI[M]ARUM[a].

Item idem[b] dominus noster Clemens papa VII, V[c] nonas octobris pontificatus sui anno quarto[1], voluit et mihi cardinali Pampilonensi[2] sancte Romane ecclesie vicecancellario commisit, quod[d] omnibus et singulis communitatibus et universitatibus civitatum, castrorum, villarum et aliorum quorumcumque locorum in partibus, in quibus viget vel usque ad unum annum vigebit epidimie[e] seu mortalitatis pestis, consistentibus auctoritate sua ad ipsorum supplicationem concedere valeam, quod illi, quos[f] inibi huiusmodi peste durante usque ad trium[g] vel, si partes ipse fuerint a Romana curia nimis remote, usque ad quattuor vel quinque mensium spatium, prout mihi locorum distantia considerata videbitur, ex eadem peste migrari contigerit[h] ab hac luce, suos possint eligere confessores, qui eis con-

[1] *1382 Oktober 3.*
[2] *Petrus de Monteruc.*

cedere valeant plenam remissionem peccatorum suorum in articulo mortis, et eis faciam super hoc expediri litteras opportunas.

---

[a] De - epidimarum *Seu d'Urgell 2086*
[b] idem *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[c] VII V *Seu d'Urgell 2086* septimus, quinto
[d] quod *Seu d'Urgell 2086* pro
[e] epidimie *Seu d'Urgell 2086* epidimia
[f] quos *VL 3987, Seu d'Urgell 2086* qui
[g] trium *VL 3987* terminum*; Seu d'Urgell 2086* triennum
[h] migrari contigerit *VL 3987* magistri

## 157.

UT SUPRA PROXIME[a].

Item, IIII[b] nonas octobris pontificatus sui anno quinto[c1], prorogavit terminum huiusmodi et voluit, quod, quamdiu durabit epidimia, possim concedere omnibus et singulis communitatibus[d] et universitatibus[e] civitatum, castrorum, villarum et aliorum locorum illarum partium, in quibus viget et vigebit epidimia huiusmodi, indulgentiam in articulo mortis usque ad[f] trium vel quattuor[g] aut quinque[h] mensium spatium, prout locorum distantia considerata[i] mihi videbitur, ut[j] superius est expressum.

---

[1] *1383 Oktober 4*.

---

[a] Ut - proxime *Seu d'Urgell 2086*
[b] IIII *Seu d'Urgell 2086* quarto
[c] quinto *Reims 771* V
[d] communitatibus *Reims 771* civitatibus
[e] et universitatibus *Seu d'Urgell 2086* universitatum
[f] ad *fehlt VL 3987, Seu d'Urgell 2086*
[g] quattuor *VL 3987, Reims 771* IIII
[h] quinque *Reims 771* V
[i] considerata *VL 3987* desiderata
[j] ut *VL 3987* et

## 158.

SUPPLICATIO DOMINO NOSTRO FACTA DE DECLARANDO QUODDAM DUBIUM IN QUADAM REGULA POSITUM[a].

(1) Pater beatissime! Cum[b] super regula facta pro[c] graduatis et aliis habentibus speciales prerogativas auctoritate sanctitatis vestre emanata Fundis, VIII[d] idus februarii pontificatus vestri[e] anno primo[1], que incipit „Item, quod in rotulis dictorum reverendissimorum patrum et aliorum quorumcumque expeditis vel expediendis, qui videlicet fuerunt sub eadem data

signati“[2] etc. et[f] in ea parte, qua dicitur, quod illi, qui[g] de loco vel diocesi extraneis ceteris paribus[h] preferantur, quamplurima dubia in pluribus causis hactenus fuerunt[i] orta et dubitetur verisimiliter[j] ampliora in futurum oriri debere, cum rigor dictorum[k] verborum secundum aliquorum opinionem illos de loco vel diocesi aliis extraneis in data cum eis concurrentibus plures alias prerogativas habentibus in assecutione beneficiorum faciat anteferri, quod prima facie videtur[l] contra mentem finalem tam concedentis[m] quam[n] predicte[o] constitutionis, cuius finis erat, ut digniores preferri deberent. Idcirco supplicatur sanctitati vestre[p], quatenus dignemini declarare vestre sanctitatis intentionis fuisse et esse, quod impetrantes, qui maioribus meritis iuvabuntur[q] seu plures prerogativas habebunt, illis de loco vel diocesi oriundis[r] in assecutione beneficiorum etiam[s] in causis pendentibus preferantur dictamque declarationem cum aliis constitutionibus in libris[t] Cancellarie scribi mandare, ut lites et questiones[u] in posterum evitentur.

DECLARATIO SUPRADICTI DUBII[v].

(2) Declaravit[w] dominus noster, quod illi, qui[x] maioribus meritis iuvabuntur[y] vel plures prerogativas habebunt, aliis[z] de loco, civitate vel diocesi preferantur, II[aa] idus februarii anno sexto[bb3].

---

[1] *1379 Februar 6.*
[2] = *Nr. 14*.
[3] *1384 Februar 12*.

---

[a] Supplicatio - positum *Seu d’Urgell 2086*
[b] Cum *fehlt VL 3987*
[c] pro *VL 3987* quod
[d] VIII *fehlt VL 3987*
[e] pontificatus vestri *fehlt VL 3987*
[f] que - et *fehlt VL 3987*
[g] qui *fehlt VL 3987*
[h] paribus *VL 3987* partibus
[i] fuerunt *fehlt VL 3987*
[j] verisimiliter *VL 3987* et similiter
[k] dictorum *VL 3987* illorum
[l] facie videtur *Seu d’Urgell 2086* facit videre
[m] concedentis *VL 3987* condentis*; Reims 771* condetis *(!)*
[n] quam *VL 3987* quod
[o] predicte *VL 3987* dicte
[p] sanctitati vestre *Reims 771* eidem sanctiati*; VL 3987* eis
[q] iuvabuntur *VL 3987* presentabuntur
[r] oriundis *VL 3987* omnibus
[s] etiam *Seu d’Urgell 2086* etiamsi
[t] libris *VL 3987* libro
[u] *VL 3987* licet quod omnes
[v] Declaratio - dubii *Seu d’Urgell 2086*
[w] *VL 4989 folgt* idem
[x] *VL 3983 folgt* in

[y] iuvabuntur *VL 3987* presentabuntur
[z] aliis *fehlt VL 4989*
[aa] II *VL 3987, Seu d'Urgell 2086* secundo
[bb] sexto *RA 274 int. 1, VL 3983, VL 4989, Reims 771* VI

## 159.

Die veneris XXII mensis aprilis, dominus noster, pontificatus sui anno VI[1], in consistorio pleno dixit se alias declaravisse et voluisse et voluit de cetero, quod, si contingat ipsum reformare aliquam gratiam in rotulo alicui factam sub prima data gratie[a], quod in litteris dicte gratie apponatur „Dumtamen tempore concessionis non fuerit alteri ius quesitum", et voluit, quod in quadam causa, que vertebatur in sacro Palatio inter quosdam, quod, si auditor constaret, quod uni dictarum per eum fuisset reformata gratiose, postquam alteri parti fuerat provisum per ordinarium, ut ipse auditor, licet in litteris gratie expectature non fuisset dicta clausula apposita, faceret iustitiam, ac si apposita fuisset in illa.

[1] *1384 April 22*.

[a] data *Madrid 55* dicta

## 160.

Eodem anno, die martis ‹XX›VI dicti mensis[1], fuit declaratum in plena Cancellaria per dominum vicecancellarium, quod, si quis petit confirmationem aut novam provisionem beneficii etc. et supplicatio sit signata sic simpliciter „Concessum" et illa verba „Collationem aut provisionem" vel alia equipollentia non sunt cancellata, quod supplicanti detur optio aut de confirmatione aut de nova provisione[a].

[1] *1384 fiel der 26. April auf einen Dienstag.*

[a] *Layoutendnote*

## 161.

QUOD ILLI, QUI FUERUNT SECUTI CURIAM ROMANAM FUND(EM), MUTENTUR GRATIE, SI VOLUERINT, AD SPECIALES[a].

Item ordinavit idem dominus noster[b] papa VII[c], quod pauperibus clericis, qui fuerunt Fundis Romanam curiam sequentes[d] et impetrarunt gratias in forma pauperum et habuerunt bonos titulos videlicet „Bene per omnia", vel „Bene legit et construit" vel alios bonos titulos, si voluerint gratias huiusmodi ad speciales gratias cummutari, gratie ipse in dicta forma

eis[e], ut prefertur, facte[f] in specialibus gratiis commutentur. Datum Avinione, IIII[g] nonas augusti anno septimo[1].

---

[1] *1385 August 2*.

---

[a] Quod - speciales *Seu d'Urgell 2086*
[b] dominus noster *fehlt VL*
[c] VII *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[d] sequentes *Seu d'Urgell 2086* sequentibus
[e] eis *VL 3987* eius
[f] facte *VL 3987* facto
[g] IIII *VL 3987* III

## 162.

QUOD VERI FAMILIARES DOMINI NOSTRI PREFERANTUR ALIIS PERSONIS EIS CONCURRENTIBUS ETIAM IN CASIBUS DECRETALIUM[a].

Item declaravit idem dominus noster, pridie kalendas augusti anno septimo[b1], sue intentionis fuisse et esse, quod omnes familiares sui veri quibuscumque aliis personis in gratiis eis concurrentibus preferantur, etiam in casibus, in quibus iuxta decretalem „Duobus" de rescriptis[2] et decretalem „Si a sede[c]" de prebendis libri VI[3] alias[d] deberent preferri.

---

[1] *1385 Juli 31*.
[2] *VI 1.3.14.*
[3] *VI 3.4.31*.

---

[a] Quod - decretalium *Seu d'Urgell 2086*
[b] septimo *VL 3987* VII
[c] a sede *Seu d'Urgell 2086* eisdem
[d] alias *Seu d'Urgell 2086* vel

## 163.

[AN] PAROCHIALES ECCLESIE NOMINE [SANCT]ITATIS SUE VALEANT [A]CCEPTARI?[a]

Item declaravit idem dominus noster, V kalendas novembris anno septimo[b1], non esse nec umquam fuisse sue intentionis, quod parochiales ecclesie nomine sue sanctitatis vel Camere apostolice valeant acceptari.

---

[1] *1385 Oktober 28*.

---

[a] An - acceptari *Seu d'Urgell 2086*
[b] septimo *VL 3987* VI

## 164.

[QUOD] NULLUS REGISTRATOR [LITTER]ARUM NEC SUPPLICATIONIS TRAHAT [S]UMPTUM DE SUIS RE[GI]STRIS, NISI DE MANDATO[a].

Item de mandato eiusdem domini nostri inhibetur registratoribus tam litterarum apostolicarum quam supplicationum, quod nulli tradant sumptum de suis registris nisi de licentia vicecancellarii, intimando[b] partibus, quod, si aliter fiat, dicta sumpta cancellabuntur. Avinione, III[c] kalendas novembris anno septimo[1].

[1] *1385 Oktober 30*.

[a] Quod - mandato *Seu d'Urgell 2086*
[b] intimando *VL 3987* verando
[c] III *VL 3987* tertio

## 165.

[QUOD] ABREVIATORES DEIN[CE]PS INTITULENTUR MAGISTRI[a].

Item, IIII[b] nonas novembris pontificatus prefati domini nostri pape[c] anni[d] noni[e1], ordinatum fuit per dominum vicecancellarium[f] in plena Cancellaria[g], quod abbreviatores deinceps intitulentur „Magistri et litterarum apostolicarum abbreviatores[h]".

[1] *1386 November 2.*

[a] Quod - magistri *Seu d'Urgell 2086*
[b] IIII *VL 3987* III
[c] pape *Seu d'Urgell 2086* predicti
[d] anni *fehlt VL 3987*
[e] noni *VL 3987* VIIII*; Seu d'Urgell 2086* VIII
[f] vicecancellarium *VL 3987* cancellarium
[g] Cancellaria *Seu d'Urgell 2086* Vicecancellaria
[h] abbreviatores *VL 3987* scriptores

## 166.

[QUOD I]N LITTERIS FACTIS DE BENEFICIIS [VA]CANTIBUS PER OBITUM FAMI[LIA]RIUM CARDINALIUM FIAT NULLA [ME]NTIO DE FAMILIARITATE, [NISI] EXPRESSE FUERIT MANDATUM[a].

Item prefatus dominus noster papa Clemens VII[b], VIII[c] idus decembris pontificatus sui anno nono[1], ordinavit, quod, si ipsum contingat de cetero providere aut mandare seu concedere provideri de quibuscumque beneficiis ecclesiasticis, etiamsi dignitates, personatus, administrationes vel officia extiterint, vacantibus vel vacaturis per obitum vel factum quorumcumque familiarium continuorum commensalium quorumlibet sancte Romane

[1] *1386 Dezember 6.*

ecclesie cardinalium, qui sunt et erunt pro tempore, alicui seu aliquibus persone seu personis, quod de familiaritate huiusmodi licet in supplicationibus super premissis factis et signatis de familiaritate[d] ipsa mentio expressa habeatur[e], nulla in litteris apostolicis super provisione, mandato seu concessione huiusmodi conficiendis mentio fiat, nisi per signationem ipsius domini nostri pape supplicationum predictarum aut alias appareret, quod ipse de[f] beneficiis huiusmodi, etiamsi persone, per quarum obitum vel factum vacaverunt seu sperantur vacare, familiares continui commensales eorundem cardinalium fuerint, vult providere aut mandare seu concedere provideri, aut cardinalis, cuius familiaris, per quem beneficium huiusmodi vacaret seu speraretur vacare, existeret, in supplicationibus huiusmodi supplicaret.

---

[a] Quod - mandatum *Seu d'Urgell 2086*
[b] VII *Seu d'Urgell 2086* septimus
[c] VII *VL 3987* II*; Seu d'Urgell 2086* octavo
[d] huiusmodi - familiaritate *fehlt VL 3987*
[e] habeatur *VL 3987* habetur
[f] de *fehlt Seu d'Urgell 2086*

***166K. Anonym***

Infra per duo folia vel circa est additio[1], que non habet locum, sed istud, quod sequitur[a2].

---

[1] *= Nr. 167(b), die nur in VL 3987 überliefert ist und zwar zwei Blätter nach Nr. 167(a).*
[2] *= Nr. 167(a).*

---

[a] Infra - sequitur *Reims 771*

## 167.

| *(1) VL 3987, Reims 771.* | *(2) VL 3987.* |
|---|---|
| Prefatus dominus noster, VII kalendas februarii anno XI[1], declaravit intentionis sue fuisse et[a] esse[b], quod regula seu ordinatio supradicta locum non haberet nec habeat[c] in unionibus seu commendis per eum sive perpetuo sive ad vitam vel ad aliud tempus factis vel faciendis; et idem[d] declaravit de omnibus aliis regulis sive ordinationibus super beneficiis dictorum familiarium domino- | Prefatus dominus noster papa, VII kalendas februarii anno XI, declaravit intentionis sue fuisse et esse, quod regula seu ordinatio predicta locum non haberet in unionibus per eum seu auctoritate sua factis vel faciendis, etiamsi beneficia sic unita vel unienda essent dominorum cardinalium aut capellanorum vel familiarium aut officiariorum dicti domini nostri et etiam generaliter reservata. |

---

[1] *1389 Januar 26*.

| | |
|---|---|
| rum[e] cardinalium factis. Declaravit etiam similiter uniones et commendas huiusmodi de capellanorum et familiarium et officialium[f] quorumlibet dicti domini nostri et quibuscumque aliis beneficiis specialiter vel generaliter quomodolibet reservatis per eum factas et in antea faciendas valuisse et valere, quamvis in eis de capellanatu, familiaritate, officialitate ac speciali vel generali reservatione nulla mentio habeatur, regulis seu ordinationibus in contrarium editis non obstantibus quibuscumque. | Et precepit mihi Gilberto[2] litterarum suarum correctori, quod hoc scriberetur in libro Cancellarie. |

[2] *Gilibertus de Taddinghem.*

[a] *VL 3987 folgt* etiam
[b] esse *fehlt VL 3987*
[c] habeat *VL 3987* haberet
[d] idem *Reims 771* ipse
[e] dominorum *VL 3987* duorum
[f] officialium *VL 3987* officiorum

## 168.

Item idem dominus noster papa, die predicta[1], voluit et etiam ordinavit, quod, si deinceps de beneficiis ecclesiasticis secularibus vel regularibus cum cura vel sine cura, etiamsi prioratus, dignitates, personatus et officia et electiva ac canonicatus et prebende cathedralium, etiam metropolitanarum vel aliarum ecclesiarum existant, quorumcumque familiarium vel officialium[a] suorum aliquibus, qui sui familiares vel officiales[b] non fuerunt, gratias faceret, in quibus familiaritas vel officium huiusmodi non exprimatur, gratie predicte nullius existant roboris vel momenti.

[1] *(1386 Dezember 6)*.

[a] officialium *VL 3987* officiorum
[b] officiales *VL 3987* officiar(um)

## 169.

Quod in litteris sub bulla in Cancellaria expeditis scribantur in dorso dies et mensis, quibus evenient, et in registris, quibus expedientur[a].

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus Clemens divina providentia papa VII, kalendis martii pontificatus sui anno nono[b1], ordinavit, quod, si de cetero super quibuscumque gratiis beneficialibus vel alias contingat[c] in Cancellaria sue sanctitatis aliquas litteras sub bulla expediri gratiam vel iustitiam continentes[d], que in registro litterarum apostolicarum eiusdem sanctitatis registrabuntur, quod[e] primo in bulla per lectorem scribatur in plica littere post taxam dies, mensis et annus iuxta morem Romane curie per kalendas, nonas et idus, secundum quod eveniet, et deinde, quod in registro scribatur dies, mensis et annus modo consimili, quibus[f] huiusmodi littere de dicto registro tradentur parti, et quod[g] super hoc registratores[h] et eorum clerici prestabunt[i] in manibus eiusdem domini nostri seu eius vicecancellarii aut vicesgerentis sollemne iuramentum de consignando et scribendo, ut premittitur, diem registrationis et expeditionis dictarum litterarum. Voluit et etiam[j] ordinavit prefatus dominus noster, quod[k] huiusmodi consignationi et scripture, que per dictos registratores fiet, ut premittitur, stabitur et plena fides adhibebitur in decisione omnium causarum tam in Romana curia quam extra[l].

Et hoc mandavit scribi in regulis Cancellarie et, si opus fuerit, mandavit fieri bullam[m].

---

[1] *1387 März 1*.

---

[a] Quod - expedientur *Seu d'Urgell 2086*
[b] nono *VL 3987(b)* IX
[c] contingat *Reims 771* contingeret
[d] continentes *Seu d'Urgell 2086* concurrentes
[e] quod *Seu d'Urgell 2086* pro
[f] quibus *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[g] quod *Reims 771* si
[h] registratores *VL 3987(b)* regiones
[i] prestabunt *VL 3987(b)* preitibunt (!)
[j] etiam *fehlt VL 3987(b)*
[k] quod *VL 3987(b)* qui
[l] super quibuscumque - extra *fehlt VL 3987(a)*
[m] Et - bullam *fehlt VL 3987(a);* bullam *VL 3987(b)* bullas

## 170.

QUOD, SI BENEFICIUM, DE QUO DOMINUS MANDABITUR PROVIDERI, QUOQUO MODO VACAVERIT ANTE ADEPTIONEM PACIFICE POSSESSIONIS, IDEM DOMINUS VULT, IPSUM BENEFICIUM SUE COLLATIONI FORE RESERVATUM[a].

Item prefatus dominus noster Clemens[b] papa VII[c], kalendis februarii pontificatus sui anno nono[d1], declaravit sue intentionis fuisse a principio felicis assumptionis sue ad summi apo-

---

[1] *1387 Februar 1*.

stolatus apicem et etiam[e] existere, quod, quandocumque provideret[f] vel mandaret provideri[g], providebit vel mandabit[h] provideri[i] de aliquibus certis in specie nominatis beneficiis ecclesiasticis cum cura vel sine cura certo modo vacantibus vel que sperarentur[j] de proximo vacare[k], etiamsi canonicatus et prebende, prioratus, dignitates, personatus, officia vel administrationes fuerint, quod, si persone, quibus, ut premittitur, providetur vel mandatur provideri, ante adeptionem possessionis dicti beneficii morirentur aut ingredirentur religionem seu matrimonium contraherent seu dictis beneficiis sive huiusmodi gratie renuntiarent[l] aut aliud beneficium assequerentur, per cuius assecutionem induceretur vacatio primi beneficii, seu expirarent dicte gratie vel alio quovis modo, gratie vel mandata huiusmodi per adeptionem pacifice possessionis suum non sortirentur effectum, quod huiusmodi beneficia, de quibus, ut premittitur, provideretur vel mandabatur[m] provideri, fuerint et sint interim collationi eiusdem domini nostri reservata.

Et hoc scribi mandavit in regulis Cancellarie et voluit super hoc fieri bullam.

---

[a] Quod - reservatum *Seu d'Urgell 2086; Paris 4121* Declaratio, quod, si papa provideat vel mandet provideri de beneficio et ante adeptionem possessionis moritur vel alias non assequitur possessionem et de novo vacat, iterum censetur reservatum
[b] Clemens *fehlt VL 3987, Reims 771, Seu d'Urgell 2086*
[c] VII *fehlt VL 3987, Reims 771, Seu d'Urgell 2086*
[d] nono *Reims 771* IX
[e] etiam *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[f] provideret *Seu d'Urgell 2086* providere
[g] *Seu d'Urgell 2086 folgt* vel
[h] mandabit *Reims 771* mandaverit
[i] providebit - provideri *fehlt Paris 4121;* vel mandabit provideri *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[j] sperarentur *Reims 771* sperantur
[k] vacare *Reims 771* vacatura*; Paris 4121* vacaturis
[l] renuntiarent *VL 3987* renuntiarentur
[m] provideretur vel mandabatur *Seu d'Urgell 2086* providetur vel mandabitur

## 171.

RESERVATIO SUB CERTIS CONDITIONIBUS, MODIS ET FORMIS FACTA[a].

Item modo simili declaravit, quod, si contingeret vel[b] contingat deinceps beneficia quecumque, etiamsi[c] canonicatus et prebende, prioratus, dignitates, personatus, officia vel administrationes fuerint, alicuius existentis in Romana curia, quamdiu ibi stabit[d], vel infra duas dietas[e] legales vacare sive per privationem factam vel fiendam etiam[f] extra dictam curiam sive per assecutionem alicuius beneficii etiam auctoritate ordinaria factam vel fiendam sive per renuntiationem simplicem non tamen ex causa permutationis etiam[g] extra curiam factam vel fiendam sive per contractum matrimonii sive quovis alio modo vacatio[h]

dictorum beneficiorum dictarum personarum existentium in curia inducatur, quod[i] huiusmodi beneficiorum collatio fuerit et sit dispositioni prefati domini nostri reservata.

Et hoc mandavit scribi in regulis Cancellarie et voluit super hoc fieri bullam.

---

[a] Reservatio - facta *Seu d'Urgell 2086*
[b] *VL 3987 folgt* si
[c] etiamsi *Seu d'Urgell 2086* etiam et
[d] stabit *VL 3987, Reims 771* stabunt
[e] dietas *VL 3987* dietates
[f] etiam *fehlt VL 3987*
[g] etiam *VL 3987* et
[h] vacatio *VL 3987* vacatione*; Reims 771* vacante
[i] quod *Seu d'Urgell 2086* per

## 172.

QUOD CANCELLARIUS POSSIT DARE COMMISSIONEM EXAMINIS AD PARTES[a].

Item prefatus dominus noster, VII kalendas augusti pontificatus sui anno nono[1], commisit mihi, quod possim de cetero dare commissionem examinis ad partes, et voluit, quod super sufficientia impetrantis et iudicis informatio reciperetur.

---

[1] *1387 Juli 26*.

---

[a] Quod - partes *Seu d'Urgell 2086*

## 173.

Item idem dominus noster, videlicet kalendis augusti anno predicto[1], voluit et mihi concessit, quod possem concedere omnibus electis et[a] abbatibus ad quecumque[b] cathedrales ecclesias et monasteria per eum promotis a Romana curia absentibus, ut ipsi a quocumque maluerint catholico antistite munus consecrationis seu benedictionis recipere possint.

---

[1] *(1387) August 1*.

---

[a] et *fehlt Reims 771*
[b] quecumque *Seu d'Urgell 2086* quascumque

## 174.

Item idem dominus noster[a] papa, Avinione[b], VI[c] kalendas ianuarii pontificatus sui anno sexto[d1], voluit, ordinavit et concessit et scribi mandavit in libro ordinationum sive regularum[e] Cancellarie sue sanctitatis[f] pro omnibus sancte Romane ecclesie cardinalibus,

---

[1] *1383 Dezember 26*.

quos[g] nuper promovit in ultima ordinatione[2], quam fecit de eisdem, quod[h] eorum gratiis expectatoriis[i] datis et dandis, factis sive fiendis in quibuscumque provinciis, civitatibus vel diocesibus non preiudicetur[j] per quamcumque[k] gratiam sive provisionem per ipsum factam vel[l] fiendam quibuscumque personis etiam aliis sive eisdem sancte Romane ecclesie cardinalibus presentibus et futuris. In quarum quidem[m] gratiarum et provisionum[n] litteris, que inde conficiuntur, consuevit apponi clausula „Nisi sit alteri ius quesitum“ de quibuscumque beneficiis vacantibus, dum tamen huiusmodi beneficia cadant sive caderent in eorum gratiis expectatoriis[o] et illa acceptarent seu acceptaverint infra mensem a tempore note[p] vacationis in loco computandum et dum tamen huiusmodi beneficia non sint[q] aliquo modo generaliter reservata.

[2] *1383 Dezember 23, vgl. Eubel, Hierarchia 1 S. 27.*

[a] noster *fehlt Seu d'Urgell 2086*
[b] Avinione *fehlt VL 3987(b)*
[c] VI *VL 3987(a+b), Seu d'Urgell 2086* sexto
[d] sexto *Paris 4121* VI
[e] *Paris 4121 folgt* sue
[f] sue sanctitatis *fehlt Paris 4121*
[g] quos *VL 3987(b)* quod
[h] quod *VL 3987(b)* pro
[i] expectatoriis *VL 3987(b)* expectantis*; Seu d'Urgell 2086* spectatoriis
[j] preiudicetur *Seu d'Urgell 2086* preiudicentur
[k] quamcumque *VL 3987* quemcumque
[l] vel *VL 3987(a)* sive
[m] quarum quidem *Reims 771* quarumcumque
[n] provisionum *Seu d'Urgell 2086* provisionem
[o] expectatoriis *VL 3987(b)* expectantis*; Seu d'Urgell 2086* spectationis
[p] note *Reims 771* notitie
[q] sint *fehlt VL 3987(a)*

***174K. Anonym***

Item est in libro regularum[a] Cancellarie Jacobi de Menthonaio[1]. Collatio facta[b] cum libro regularum Cancellarie per me Iacobum[2] et per me Cherucum Rogeti[3c].

[1] *Jacobus de Menthonay.*
[2] *Jacobus Morini*.
[3] *Cherucus (?) Rogeti*.

[a] *folgt durchgestrichen* Cancellarie per me Jacobum Morini
[b] *VL 3987(a) folgt* per
[c] Item - Rogeti *VL 3987(a)*

**175.**

Sanctissimus in Christo pater et dominus noster dominus[a] Clemens divina providentia[b] papa VII[c], kalendis iulii pontificatus sui anno nono[d1], voluit et ordinavit, quod reverendissimi patres et domini sancte Romane ecclesie[e] cardinales presentes et futuri pro tempore eiusdem domini nostri nequeant vigore cuiuscumque gratie, quam obtineant vel obtinebunt in posterum, canonicatus et prebendas[f] in quibuscumque metropolitanis, cathedralibus, collegiatis seu quibusvis aliis ecclesiis acceptare nec de ipsis facere[g] provideri, nisi ille vel illi, per cuius seu quorum obitum seu factum dicti[h] canonicatus et prebenda vacarent, in eisdem[i] ecclesia vel ecclesiis obtineret una cum dictis canonicatu et prebenda dignitatem vel personatum seu officium aut administrationem, quam vigore gratiarum ipsis[j] factarum possent habere et eo tunc dumtaxat et non alias possint dictos canonicatum et prebendam una cum dictis[k] dignitate vel personatu seu officio aut administratione per se vel procuratorem legitimum acceptare et de ipsis[l] sibi facere provideri. Si eisdem alias de iure debeantur et si secus factum fuerit, decrevit[m] irritum et inane.

Et mihi cardinali de Menthonai[2] vicecancellario precepit huiusmodi voluntatem et ordinationem scribi in libro regularum et ordinationum Cancellarie. Et voluit, quod possit fieri super[n] hoc bulla ad opus cuiuslibet, cuius intererit vel poterit interesse.

---

[1] *1387 Juli 1*.
[2] *Jacobus de Menthonay.*

---

[a] noster dominus *fehlt Paris 4121*
[b] divina providentia *fehlt Paris 4121*
[c] VII *Reims 771* septimus
[d] nono *Paris 4121* IX
[e] sancte Romane ecclesie *fehlt Paris 4121*
[f] prebendas *VL 3987* prebende
[g] facere *fehlt VL 3987*
[h] dicti *fehlt VL 3987*
[i] *VL 3987 folgt* in
[j] ipsis *VL 3987* ipsius
[k] dictis *fehlt VL 3987*
[l] ipsis *VL 3987* ipsius
[m] decrevit *VL 3987* declaravit
[n] super *VL 3987* per

## 176.

Item prefatus dominus noster papa, II nonas aprilis pontificatus sui anno XI[1], ordinavit, quod non expediantur littere indulgentie[a] in mortis articulo, etiamsi sint concesse sub sigil-

---

[1] *1389 April 4*.

lo alicuius domini cardinalis vel alterius cuiuscumque, nisi[b] ponatur clausula de ieiunio, scilicet VI feria per annum, ut in forma.

---

[a] non - indulgentie *VL 3987* in expeditione litterarum indulgentiarum
[b] nisi *fehlt VL 3987*

## 177.

Item, die X martii anno XIIII[1], ordinavit et mandavit idem dominus noster, quod super gratiis factis vel faciendis in forma consueta de confirmando vel de novo providendo de beneficiis vigore[a] expectativarum gratiarum acceptatis[b] non expediantur littere, nisi in eis[c] exprimatur, quod sibi fecerint de eis provideri.

---

[1] *1392 März 10.*

---

[a] vigore *fehlt VL 3987*
[b] acceptatis *VL 3987* acceptarum
[c] *VL 3987 folgt* ex

## 178.

Reverendissimo domino meo domino I‹ohanni› cardinali Vivariensi[1] apostolice sedis vicecancellario.

Cum post reductionem domini regis Aragonie[2] certe o‹r›dinationes facte fuerunt de beneficiis, que tempore indifferentie patris sui in regno Aragonie et aliis suis regnis atque terris vacarunt et ante declarationem ipsius regis moderni[3], propter quas plures, quibus beneficia fuerant collata canonice, propter scandalum maius evitandum fuerunt expulsi et eisdem loco illorum beneficiorum gratie expectative concesse etiam cum clausula „Anteferri“. Ad finem, quod exinde lites minime exorientur, dominus noster vult et declarat sue intentionis existere, quod quecumque gratia aliis quibuscumque in partibus illis concessa, etiam ante gratias predictas ipsorum privatorum, vel in posterum concedenda, etiam cum clausula „Anteferri“, ipsis nullatenus preiudicet, et hoc de illis, qui auctoritate apostolica tempore ipsius indifferentie collationes beneficiorum canonice obtinuerunt, si[a] ordinationum antedictarum vigore privati extiterant. Quoad alios autem auctoritate ordinaria possidentes per ipsas ordinationes privatos[b], si possessionem beneficiorum ipsorum absque difficultate quacumque dimiserint, vult idem dominus noster, quod gratie aliis etiam cum clausula

---

[1] *Johannes de Broniaco.*
[2] *Peter IV. von Aragón, † 1387 Januar 5.*
[3] *Johann I., 1387-1396 König von Aragon.*

„Anteferri" post gratias eisdem expulsis factas concesse ipsis non noceant. Predicta ordinavit dominus noster heri, XV die maii[4], hora vesperarum et mihi mandavit, ut vestre paternitati notificarem et quod in libro Cancellarie faceretis scribi, ut omnibus petentibus sumptum concedatur.

Vester totus cardinalis sancti Angeli[5].

[4] *(1391) Mai 15.*
[5] *Guilielmus Novelleti.*

[a] si *VL 3987* qui
[b] privatos *VL 3987* privatis

**179.**

Item idem dominus noster, die XXIII mensis februarii pontificatus sui anno XV[1], ordinavit, quod, si aliquibus unius ordinis professoribus licentiam concesserit[a] vel concedat in posterum, ut ad alium ordinem transire valeant et infra IIII menses a concessionis huiusmodi tempore computandos litteras super hoc non fecerint, littere ipse non expediantur in futurum.

[1] *1393 Februar 23.*

[a] concesserit *VL 3987* concessit

**180.**

Item dominus noster papa, II idus februarii pontificatus sui anno sextodecimo[1], ordinavit, quod, si aliquis expectans, etiamsi sancte Romane ecclesie cardinalis fuerit, per se vel procuratorem suum aliquod beneficium accept‹ar›et, postquam idem dominus noster de dicto beneficio alicui etiam sancte Romane ecclesie cardinali provideri mandaverit et ante mandatum huiusmodi alteri expectanti alias debite de dicto beneficio provisum extiterit[a], quod per huiusmodi provisionem ipsius expectantis sibi in dicto beneficio ius queratur, non obstante acceptatione et mandato predictis. Predicta autem quoad alia beneficia non intendit dominus noster predicto solum acceptanti[b] preiudicium generari.

[1] *1394 Februar 12.*

[a] extiterit *VL 3987* extitit
[b] acceptanti *VL 3987* acceptand.

**181.**

*Siehe Benedikt XIII. Nr. 149*.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

## 182.

***RA 215**, fol. 5v (Rubrik), fol. 99r-99v (im Nov 2015 kollationiert, Bilder bestellen); **Paris 4121**, fol. 102v-103r; (In Paris 4121 unter den KR, daher hier nicht als Extravagante, was wohl sinnvoller wäre). Aus Gregor XI. Nr. 85 wörtlich übernommene Teile sind in Petit gesetzt.*

AD FUTURAM REI MEMORIAM. REVOCANTUR OMNES EXPECTATIONES FELICIS RECORDATIONIS DOMINI GREGORII PAPE XI[a].

Ad futuram rei memoriam. Nuper attendentes, quod, sicut nobis innotuerat, multi hactenus a felicis recordationis Gregorio papa XI predecessore nostro per importunam instantiam in multis et diversis orbis ecclesiis atque locis super collationibus, provisionibus, reservationibus canonicatuum et prebendarum, dignitatum, prioratuum, personatuum, officiorum, ecclesiarum, portionum et prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum multas et diversas gratias impetra‹ve›runt, ex quorum impetrantium multitudine eedem ecclesie et loca plurimum pregravate existebant, ac ex hiis et aliis certis[b] causis, que ad hoc rationabiliter nos moverunt, super hiis providere volentes, nostre constitutionis edicto[c] omnes reservationes et concessiones super canonicatibus et prebendis, prioratibus et dignitatibus, personatibus, officiis, portionibus, prestimoniis, ecclesiis parochialibus et ruralibus et aliis quibuscumque ecclesiasticis beneficiis vacaturis secularibus et regularibus cum cura vel sine cura, quocumque nomine censerentur, et etiam ad collationes seu provisiones super canonicatibus[d] in cathedralibus seu collegiatis ecclesiis cum reservationibus prebendarum, dignitatum, personatuum, officiorum et portionum, prestimoniorum vel aliorum beneficiorum ecclesiasticorum quorumcumque cum cura et sine cura circa commissiones * seu concessiones insuper facultat(es) seu potestat(es) quibusvis factas[e] super huiusmodi ecclesiasticis beneficiis[f] vacaturis auctoritate apostolica etiam ad nominationem alterius[g] reservandis aut etiam conferendis, in quibus nondum[h] erat in re licet ad rem alicui ius quesitum, commissiones quoque et mandata super recipiendis personis aliquibus in ecclesiis vel monasteriis seu locis aliis regularibus, que in eis recepte non erant, ab eodem predecessore facta seu concessa quibuscumque personis, cuiuscumque conditionis, preeminentie, ordinis sive status existerent, per eiusdem[i] predecessoris[j] litteras sub quibuscumque tenoribus, modo, forma seu conceptione[k] verborum omnesque processus habitos per easdem, etiamsi in ecclesiis secularibus earum[l] alique in canonicos essent recepte ac etiamsi per executores earum[m] facte fuissent reservationes, inhibitiones et decreti interpositiones aut earum[n] alique auctoritate predictarum litterarum in aliquibus ecclesiis secularibus ultra statutum canonicorum numerum in canonicos[o] essent recepte, quantum ad capitulum et ad chorum et ad perceptionem distributionum cotidianarum et plenitudinem iuris canonici haberent, sed in eis prebendas, dignitates, personatus seu portiones et alia beneficia, que dantur tantum existentibus de numero, tunc expectarent, auctoritate apostolica, VIIII[p] kalendas octobris proxime preteriti[1] revocavimus, cassavimus, irritavimus et viribus vacuavimus eaque cassa et irrita nuntiavimus et nullius existere

voluimus firmitatis. Verum si huiusmodi persone recepte ultra numerum distributiones et alia ut canonici de numero existentes sic perciperent, quod per cessionem et decessum[q] illorum, qui erant intra numerum, et vigore[r] dictarum litterarum amplius assequi nil expectarent nisi distributionum seu partium suarum augmentum, cum forsan essent in ecclesia, in qua canonicorum non autem portionum numerus vel prebendarum distinctio habebatur, quantoque inter pauciores eiusdem ecclesie[s] dividebantur proventus, tanto maiores fieri potuerint singulorum percipientium portiones, ad istos nec non ad eos, quibus de certis expressis beneficiis ecclesiasticis, que certo modo proponebantur vacare, datis super hoc per litteras dicti predecessoris executoribus, ad illos etiam, quibus de certis[t] et expressis huiusmodi beneficiis, cum vacarent per assecutionem pacificam alterius beneficii vel per munus consecrationis suscipiendum[u] vel quovis modo alio, ut prefertur, nec non ad eos, quibus de canonicatibus cum reservatione prebendarum, dignitatum, personatuum, officiorum, prioratuum, ecclesiarum, portionum prestimoniorum aliorumque beneficiorum ecclesiasticorum vacaturorum huiusmodi per dictum predecessorem facte gratie extiterant, qui ante datam predictam videlicet VIIII kalendas octobris vacaverant[v] et tunc vacabant ac per impetrantes, quibus erant provisiones huiusmodi faciende, a suis executoribus fuerat petitum, quod talia beneficia sic vacantia eis conferrent, nec per eos stetisset, quo minus conferrentur eisdem, nec non ad eos, qui per litteras dicti predecessoris in aliquibus ecclesiis in canonicos erant recepti et dignitates, personatus vel officia canonicis[w] dumtaxat consueta conferri dictarum litterarum vel alia quavis auctoritate inibi assecuti fuerant licet prebendas expectarent, ad eos etiam, qui per litteras facultatis dicti predecessoris in aliquarum ecclesiarum canonicos non apostolice sedis, sed recipientium auctoritate erant recepti licet prebendas et alia beneficia expectarent ibidem, et ad eos, qui super receptione sua in aliquibus ecclesiis vel monasteriis seu locis aliis regularibus, in quibus non erat certus canonicorum vel canonicarum[x] regularium vel monachorum seu monialium aut quarumvis aliarum personarum religiosarum[y], quocumque nomine nuncuparentur[z], numerus vel, si erat, aliquis vel aliqua de numero predicto ante datam predictam defuerat vel adhuc * deerat, litteras apostolicas impetrassent, si per eos vel eas non stetisset, quo minus recepti seu recepte * fuissent in dictis ecclesiis seu monasteriis sive locis, * dictas constitutionem et revocationem volumus non extendi ac insuper irritum decrevimus[aa] et inane, si secus super hiis a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingeret attemptari. Ne autem pro eo, quod super premissis apostolice littere confecte non fuerint, de constitutione et revocatione huiusmodi valeat hesitari[bb], nos constitutionem et revocationem predictas ac omnia alia premissa presentibus fecimus annotari. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis, revocationis, cassationis, irritationis, vacuationis, nuntiationis et voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit[cc] incursurum. Datum Fundis[2], kalendis novembris pontificatus nostri[dd] anno primo[3].

---

[1] *1378 September 23*.
[2] *Fondi, Latium, Italien*.
[3] *1378 November 1*.

[a] Ad - XI *RA 215; Paris 4121* Copia revocatorie domini Clementis
[b] certis *Paris 4121* etiam
[c] edicto *Paris 4121* edito
[d] canonicatibus fehlt *Paris 4121*
[e] factas *Paris 4121* factis
[f] beneficiis *Paris 4121* beneficiorum
[g] alterius *Paris 4121* alicuius
[h] nondum *Paris 4121* nundum
[i] eiusdem *Paris 4121* eundem
[j] predecessoris *Paris 4121* predecessorum
[k] conceptione *Paris 4121* concessione
[l] earum *Paris 4121* quorum
[m] executores earum *Paris 4121* executorum eorum
[n] earum *Paris 4121* eorum
[o] in canonicos *Paris 4121* canonici
[p] VIIII *Paris 4121* VIII
[q] decessum *Paris 4121* decessionem
[r] vigore *Paris 4121* vigorum
[s] ecclesie *fehlt Paris 4121*
[t] de certis *Paris 4121* desertis
[u] suscipiendum *Paris 4121* suscipiende
[v] vacaverant *Paris 4121* vacabunt
[w] canonicis *Paris 4121* canonicatis
[x] canonicarum *Paris 4121* canonicorum
[y] religiosarum *Paris 4121* religiosorum
[z] nuncuparentur *Paris 4121* nuncupentur
[aa] decrevimus *Paris 4121* decernimus
[bb] valeat hesitari *Paris 4121* valeant eficacii *(!)*
[cc] noverit *Paris 4121* noviter
[dd] pontificatus nostri *fehlt RA 215*

## 183.

*Ev. in Reg. Aven. 228-231.*

DECLARATORIA DOMINI CLEMENTIS SEPTIMI SUPER PRELATIONE GRATIARUM CARDINALIUM IN CONCURSU CUM NON CARDINALI.

Clemens episcopus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Romanus pontifex pacem et quietem subditorum perquirens illa, super quibus dubia possent exoriri, ne lites et iurgia pareant sepe, sicut opportunum fore cognoscit, dilucidat et declarat. Nuper siquidem per nos accepto, quod parochialis ecclesia prioratus nuncupata sancti Iohannis de Villa[1] Carpentoratensis diocesis tunc per obitum quondam Antonii Alberici ipsius ecclesie rectoris, qui extra Romanam curiam diem clausit extremum, vacaverat et vacabat, nos videlicet III nonas augusti pontificatus nostri anno quarto[2], de dicta ecclesia, si tunc, ut premittitur, vacabat et non esset in ea alicui specialiter ius quesitum, venerabili fratri nostro

[1] *$$$$, Frankreich.*
[2] *1382 August 3*.

P‹etro›[3] episcopo Portuensi per nostras litteras mandavimus provideri. Cum autem, sicut accepimus, ab aliquibus asseratur de eadem ecclesia dicta die videlicet III nonas augusti alteri per nos seu auctoritate nostra provisum aut mandatum seu concessum provideri fuisse, nos auctoritate apostolica tenore presentium declaramus nostre intentionis fuisse et etiam existere, quod, si alteri persone, que sancte Romane ecclesie cardinalis non existeret, dicta die de eadem parochiali ecclesia per nos seu auctoritate nostra provisum aut concessum seu mandatum provideri foret aut provideretur seu mandaretur vel concederetur provideri, dicte littere provisorie seu concessorie alteri persone huiusmodi seu mandato, ut prefertur, pro altera persona forsan factis non obstantibus suum sortiretur effectum, ac provisio seu concessio huiusmodi alteri persone mandatum pro eadem persona, ut premittitur, forsan facte, nullius existerent roboris vel momenti. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre declarationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Avinione, secundo kalendas novembris pontificatus nostri anno quarto[a4].

---

[3] *Petrus Corsini.*
[4] *1382 Oktober 31*.

---

[a] *Layoutendnote*

**184.**

Reverendissimus pater et dominus dominus P‹etrus› cardinalis Pampilonensis[1] tamquam commissarius per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum dominum Clementem papam VII ad hoc specialiter deputatus, prout ex relatione reverendissimi patris et domini domini Petri cardinalis de Luna[2] sibi constat, venerabilem virum dominum Petrum de Nuce[3] decretorum doctorem dicti domini nostri pape capellanum honoris in auditorem sacri Palatii causarum prius ab eo recepto solito iuramento recepit pariter et admisit. Avinione, die V mensis martii anno domini millesimo CCC LXXIX, indictione II, pontificatus eiusdem domini nostri pape anno primo[a4].

---

[1] *Petrus de Monteruc.*
[2] *Petrus de Luna***.**
[3] *Petrus de Nuce.*
[4] *1379 März 5*.

---

[a] *Layoutendnote*

**185.**

Anno domini millesimo trecentesimo octuagesimo quinto, indictione VIII, IIII nonas mensis iunii, que est secunda dies dicti mensis, pontificatus domini Clementis pape VII anno VII[1], fuit promotus in vicecancellarium sedis apostolice dominus Jacobus miseratione divina diaconus tituli sanctorum Marcellini et Petri sancte Romane ecclesie presbiter cardinalis alias dictus de Menthonay[2], quod quidem officium vicecancellarie vacavit etiam per obitum bone memorie domini Petri tituli sancte Anastasie sancte Romane ecclesie presbiteri cardinalis alias dicti Pampilonensis[3]. Et obiit dictus dominus Jacobus die domenica ultima aprilis anno domini MCCC nonagesimo primo[a4].

[1] *1385 Juni 2*.
[2] *Jacobus de Menthonay.*
[3] *Petrus de Monteruc.*
[4] *1391 April 30. Dagegen steht die von* Baumgarten*, Von der Apostolischen Kanzlei S. 127, publizierte Quelle, die Jacobus' Tod auf den 16. Mai 1391 datiert.*

[a] *Layoutendnote*

## 186.

Anno domini millesimo CCC nonagesimo primo, indictione XIIII[a], pontificatus domini Clementis pape VII anno tertiodecimo, die domenica ultima aprilis[1] factus fuit vicecancellarius sedis apostolice dominus Johannes de Brongniaco[2] tunc presbiter cardinalis vulgariter nuncupatus Vivariensis.

Et nota, quod in tota novena de Menthonay[3] dictus novus vicecancellarius non signavit nec distribuit supplicationes nec etiam signavit bullas scilicet dedit licentiam domino cor(rectori) distribuendi supplicationes et signandi permut(ationes) etc. Item etiam signandi bull(am) de signo suo novo.

[1] *1391 April 30*.
[2] *Johannes de Broniaco.*
[3] *Jacobus de Menthonay, † 1391 April 30.*

[a] XIIII *Reims 771* VIIII

## 187.

COPIA COMMISSIONIS FACTE PER PAPAM DOMINO LEGATO.

(1) Clemens etc. Dilecto filio Petro[1] etc. Venerabilis frater noster Garsias archiepiscopus Cesaraugustensis[2] et dilecti filii nobilis vir Petrus de Artesio camerlengus carissimi in Chri-

[1] *Petrus de Luna*.
[2] *Garsias Fernandez de Heredia, 1383-1411 (†) Bischof von Zaragoza*.

sto filii nostri Johannis regis Aragonie[3] illustris et Raimondus de Francia vicecancellarius regis Aragonie nobis exponere curaverunt, quod a tempore, quo malorum sator humani generis inimicus ‹h›orrendum scisma, quod proh dolor modernis temporibus vigere dinoscitur, in Dei ecclesia suscitavit, plura beneficia ecclesiastica in regno Aragonie et aliis terris prefati regis subiectis, de quibus tunc vacantibus certis personis idoneis providimus seu mandavimus aut concessimus provideri, fuerunt per locorum ordinarios, utpote post provisiones, mandata seu concessiones huiusmodi, vel quia beneficia ipsa erant dispositioni apostolice generaliter vel specialiter reservata, aliis personis collata, que dicte persone, quibus illa per dictos ordinarios sunt collata, possident de presenti, quodque, si persone ipse dicta beneficia possidentes[a] amoverentur ab eis, possent exinde in dictis regnis et terris guerre et alia gravia scandala exoriri, supplicaruntque nobis, ut providere super hoc de benignitate apostolica dignaremur. Nos vero[b], qui statum prosperum dictorum regnorum et terrarum ferventer appetimus cupien(tes) huiusmodi guerris et scandalis, quantum cum Deo possumus obviare[c], volumus, quod cum/tum super hiis cum rege prefato ac carissima in Christo filia Iolanda regina Aragonie[4], illustre ac dilecto filio nobili viro Martino duce Montis Albi communicato consilio cum duobus Cesaraugustensibus[5], duobus Valentinensibus[6], duobus Barchinonensibus[7] civibus probis viris per ipsarum civitatum communia eligendibus et aliis, de quibus tibi regi et regina ac duci predictis placuit, quidem in premissis personarum, locorum et temporum[d] qualitate pensata, quod regnorum et terrarum predictorum huiusmodi reperer. evestigio intimarum procures?, ut tua informatione instructi in illis consultius agere valeamus. Ceterum in hiis tua circumspectio taliter provideat, quod per hoc in dispensation(e) beneficiorum ecclesiasticorum laicorum nota/vota querere minime videamur. Datum Avinione, V idus maii pontificatus nostri anno nono[8].

---

[3] *Johann I., 1387-1396 König von Aragon.*
[4] *Violante von Bar*.
[5] *Zaragoza, Aragonien, Spanien*.
[6] *Valencia, Valencia, Spanien*.
[7] *Barcelona, Katalonien, Spanien*.
[8] *1387 Mai 11*. *Nicht in RV 298.*

---

[a] possidentes *Madrid 55* possidentia
[b] vero *Madrid 55* n.
[c] obviare *Madrid 55* obviarum
[d] temporum *Madrid 55* temporорum

REGULE FACTE PER DOMINUM NOSTRUM CLEMENTEM VII SUPER ORDINATIONIBUS FACTIS AD INFORMATIONEM FACTAM PER DOMINUM PETRUM DE LUNA LEGATUM DE HIIS, QUI DEBENT IN BENEFICIIS CERTIS REMANERE.

Diese Seite ist ein Angebot des FB 06 der Universität Marburg,
http://www.uni-marburg.de/fb06/forschung/webpubl/magpubl/paepstlkanzl

(2) Prima regula est, quod in nullo beneficio in ordinatione contento pereat[a] preiudicium domini cardinalis, si sibi fuerint collata, nec includantur beneficia vacantia per eosdem.

Secunda regula est, quod etiam non includantur beneficia vacantia in curia, nisi in relatione facta per dominum legatum ac etiam in rotulis, qui iuxta dictam relationem formati sunt, expressa mentio habeatur.

Tertia, quod non veniant beneficia, super quibus est lata sententia pro apostolico, parte adversa comper‹i›ente per se vel procuratorem suum; si vero per contumaciam fuerit processum, si pars petierit, restituantur et causa brevissime terminetur.

Quarta, quod non preiudicetur illis, qui possidebant auctoriate apostolica ante pragmaticas regias et ex post virtute vel occasione illarum de possessione sunt eiecti.

Quinta, quod non includantur beneficia, que vacaverunt post commissionem factam ipsi legato.

[a] pereat *Madrid 55* peretur

## Extravaganten

### 188.

| ***RA 173**, fol. 87r.* | ***VL 5711**, fol. 13v.* |
|---|---|
| Anno predicto ‹LXXIX›, die XX iunii[1], prefatus dominus noster Clemens VII veniens de partibus Italicis intravit civitatem Avinionensem. | Anno domini MCCCLXXIX et die XV iunii[2], dominus Clemens papa VII intravit Avinionem, ubi transtulit curiam Romanam. |

[1] *1379 Juni 20.*
[2] *1379 Juni 15.*

## 189.

***RV 300,*** *fol. 363r-363v.*

Ad futuram rei memoriam. Dudum videlicet in nostri apostolatus primordiis omnes canonicatus et prebendas, prioratus, dignitates, personatus, officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura quorumcumque familiarium commensalium venerabilium fratrum nostrorum sancte Romane ecclesie cardinalium, qui tunc erant et essent pro tempore, collationi et dispositioni nostre reservavimus, decernentes ex tunc irritum et inane, si secus super hoc a quoquam quavis autoritate scienter vel ignoranter contigeret attemptari, et deinde declaravimus et etiam declaramus nostre intentionis fuisse et etiam existere canonicatus et prebendas, prioratus, dignitates, personatus, officia ceteraque beneficia ecclesiastica secularia et regularia cum cura et sine cura huiusmodi quorumcumque familiarium dominorum cardinalium, qui in ipsorum obsequiis et expensis, in eorum beneficiis seu alibi, ubicumque etiam extra hospitia cardinalium eorundem tunc insistebant et pro tempore insisterent, a tempore reservationis huiusmodi in antea reservata extitisse et etiam existere, districtius inhibentes locorum ordinariis ac illi vel illis, ad quem vel ad quos canonicatuum et prebendarum, prioratuum, dignitatum, personatuum, officiorum et beneficiorum predictorum collatio, provisio, presentatio seu quevis alia dispositio pertinet communiter vel divisim, ne contra declarationem et reservationem huiusmodi aliquid attemptare presumpserint, ac decernentes irritum, prout erat, et inane, quidquid in contrarium a quoquam quavis auctoritate scienter vel ignoranter attemptatum forsan erat tunc vel contigeret in posterum attemptari. Ne autem de premissis reservatione, declaratione, inhibitione et decretis in posterum hesitari valeat, ea fecimus presentibus annotari. Nulli ergo etc. nostre declarationis infringere etc. Datum Avinione, nonis martii anno septimo[a1].

---

[1] *1385 März 7. Am Kopf des Textes steht auf dem linken Rand* P‹ontius› Ber‹aldi› *(= Pontius Beraldi).*

---

[a] *Layoutendnote*

## 190.

***RA 268****, fol. 591r;* ***Teildruck:*** GENEQUAND*, Politique pontificale S. 236.*

Anno domini MCCCLXXXV, die XII iulii[1], dominus noster Clemens papa VII recepit in camera sua dominum Petrum Gerardi[2] episcopum Lodovensem et voluit, quod poneret datas in supplicationibus loco domini Io‹hannis›[3] episcopi Vivariensis, qui eadem die creatus fuit cardinalis, et eadem die prestitit solitum iuramentum.

[1] *1385 Juli 12.*
[2] *Petrus Gerardi.*
[3] *Johannes de Broniaco.*

## 191.

***RA 268**, fol. 611v.*

Anno domini millesimo CCCLXXXIIII, die II martii[1], precepit dominus noster Clemens papa VII mihi Francisco[2] episcopo Gratianopolitano eius camerario, quod scribi facerem in libris Camere et omnibus secretariis et abbreviatoribus dici, quod nulla bulla vel littera cuiuscumque assignationis sive pecunie seu alterius rei, cuicumque persone facte esset, valeret nec per bullam deberet, nisi primitus in Camera portata fuerit et per me camerarium signata manu mea. Et ita nuntiari voluit omnibus collectoribus. Idem etiam voluit de litteris donationum quantumcumque possessionum, domorum, pecuniarum vel aliarum rerum non beneficialium. Presentes autem fuerint reverendissimi patres domini cardinales Ambianensis[3], Ebredunensis[4] et de Mentonai[5] et domini episcopus Magalonensis[6] thesaurarius, dominus Mahimen./Nichimen?[7]. et Petrus Borrerii[8] apostolice Camere clericus. Predicta autem denuntiatio ipsis secretariis facta fuit publice in thesauraria, die IIII predicti mensis anno eodem pontificatus ipisus domini nostri anno VI[9].

[1] *1384 März 2.*
[2] *Franciscus de Conciaco.*
[3] *Johannes de Grangia.*
[4] *Petrus Amelii.*
[5] *Jacobus de Menthonay.*
[6] *Petrus de Vernols.*
[7] *$$$.*
[8] *Petrus Borrerii.*
[9] *1384 März 4.*

## 192.

***RA 268**, fol. 613v.*

Anno domini MCCCLXXXVII, die decima quinta octobris, ordinavit dominus noster Clemens papa VII, pontificatus sui anno nono[1], quod quotiens et quando aliquem faciet collectorem fructuum et proventuum ad Cameram apostolicam pertinentium in quacumque parte mundi, quod eo ipso, quod creatus essent *(!)* collector, quod etiam sit capellanus honoris et insignia dictorum capellanorum recipiat et eis uti valeat ubique. Presentes fuerunt Iohannes[2] cardinalis Vivariensis et Petrus[3] episcopus Aniciensis et ego Franciscus[4] episcopus Gratianopolitanus ipisus domini nostri et sancte Romane ecclesie camerarius.

[1] *1387 Oktober 15.*
[2] *Johannes de Broniaco.*
[3] *Petrus Gerardi.*
[4] *Franciscus de Conciaco.*

**193.**

***IM 3626****. Aus dem Formular* Militanti ecclesie *(= Tangl, KO S. 321-324 Nr. 129) wörtlich übernommene Teile sind in Petit gesetzt.*

Privilegium familiaribus pape per dominum Clementem papam VII commissum[a].

Clemens episcopus servus servorum Dei. Venerabili fratri Francisco[1] archiepiscopo Narbonnensi apostolice sedis camerario eiusque in officio camerariatus sedis eiusdem successoribus, salutem et apostolicam benedictionem. Et si quibuslibet personis ecclesiasticis ex iniuncte nobis desuper servitutis officio assistere defensionis presidio teneamur, illis tamen specialius et efficacius adesse nos convenit, que nostris et apostolice sedis obsequiis noscuntur peculiarius inherere. Accepimus siquidem, quod nonnulli archiepiscopi, episcopi et alii ecclesiarum prelati et clerici ac ecclesiastice persone tam religiose quam seculares nec non duces, marchiones, comites, barones, nobiles, milites et laici, communia civitatum, universitates oppidorum, castrorum, villarum et aliorum locorum ac alie singulares persone civitatum et diocesium ac aliarum partium diversarum occuparunt et occupari fecerunt terras, domos, possessiones, iura et iurisdictiones nec non fructus, census, redditus et proventus * et nonnulla alia bona mobilia et immobilia spiritualia et temporalia ad dilectos filios nostros et sedis predicte officiarios, cubicularios, secretarios, capellanos et clericos capelle nostre ac alios familiares et officiarios nostros eisdem obsequiis insistentes ratione canonicatuum et prebendarum ac dignitatum personatuum, officiorum et aliorum beneficiorum ecclesiasticorum cum cura vel sine cura, que obtinent, spectantia et ea detinent indebite occupata seu ea detinentibus prestant auxilium, consilium vel favorem, nonnulli etiam civitatum et diocesium et partium predictarum, qui nomen domini in vacuum recipere non formidant, eisdem officiariis, cubiculariis, secretariis, capellanis, clericis et familiaribus super predictis * terris, do-

mibus, possessionibus, iuribus et iurisdictionibus, fructibus, censibus, redditibus et proventibus eorundem ac quibuscumque aliis bonis mobilibus et immobilibus, spiritualibus et temporalibus ac aliis rebus ad ipsos officiarios, cubicularios, secretarios, capellanos, clericos et familiares nostros, ut prefertur, spectantibus multiplices molestias et iniurias inferunt et iacturas. * Nos igitur super hiis, prout ad nostrum spectat officium, providere volentes fraternitati tue per apostolica scripta mandamus, quatinus tu et successores tui in officio camerariatus sedis predicte prefatis officiariis, cubiculariis, secretariis, capellanis, clericis et familiaribus efficacis defensionis presidio assistentes non permittatis eos vel eorum quemlibet super hiis et quibuslibet aliis bonis et iuribus ad eos ratione beneficiorum suorum, que, ut premittitur, obtinent et in posterum obtinebunt, spectantibus ab eisdem vel quibusvis aliis indebite molestari vel eis gravmina seu damna vel iniurias irrogari, facturi dictis officiariis, cubiculariis, secretariis, capellanis, clericis et familiaribus, cum ab eis vel procuratoribus suis aut eorum alique fueritis requisiti, de predictis et aliis personis quibuslibet super restitutionis huiusmodi * iurisdictionum, iurium, bonorum mobilium et immobilium, reddituum quoque et proventuum ac aliorum quorumcumque bonorum nec non de quibuscumque molestiis, iniuriis atque damnis presentibus et futuris in illis videlicet, que iudicialem requiratur indaginem, summarie et de plane sine strepitu et figura iudicii, in aliis vero, prout qualitas eorum exegerit iustitie complementum, occupatores seu detentores, presumptores, molestatores ac iniuriatores huiusmodi nec non contradictores quoslibet et rebelles, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis vel conditionis extiterint, quandocumque et quotienscumque expedierit, auctoritate nostra per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo, invocato ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachii secularis, non obstantibus tam felicis recordationis Bonifatii pape VIII predecessoris nostri, in quibus cavetur, ne aliquis extra suam civitatem et diocesim nisi in certis exceptis casibus et in illis ultra unam dietam a fine sue diocesis ad iudicium evocetur seu ne iudices et conservatores a sede deputati predicta extra civitatem et diocesim, in quibus deputati fuerint, contra quoscumque procedere sive alii vel aliis vices suas committere aut aliquos ultra unam dietam a fine diocesis eorundem trahere presumant[2], et de duabus dietis in concilio generali[3] seu, quod de aliis quam de manifestis iniuriis et violentiis et aliis, que iudicialem indaginem exigitur, penis in eos, si secus egerint, et in id procurantes adiectis conservatores se nullatenus intromittant, quam aliis quibuscumque constitutionibus a predecessoribus nostris Romanis pontificibus tam de iudicibus delegatis et conservatoribus quam personis ultra certum numerum ad iudicium non vocandis aut aliis editis, que tue ac successorum eorundem possent in hac parte iurisdictioni aut potestati eiusque libero exercitio quomodolibet obviare, seu si aliquibus communiter vel divisim a predicta sit sede indultum, quod interdici, suspendi vel excommunicari seu extra vel ultra certa loca ad iudicium evocari non possint per litteras apostolicas non facientes plenam et expressam ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi et eorum personis, locis, ordinibus et nominibus propriis mentionem et qualibet alia dicte sedis indulgentia generali vel speciali, cuiuscumque tenoris existat, per quam presentibus non

[1] *Francisius de Conciaco.*
[2] *VI 1.14.15.*
[3] *Clem. 2.2.un.; vgl. auch Johannes XXII. Nr. 18.*

expressam vel totaliter non insertam tue et successorum predictorum iurisdictionis explicatio in hac parte valeat quomodolibet impediri et de qua cuiusque toto tenore de verbo ad verbum in nostris litteris habenda sit mentio specialis. Ceterum volumus et apostolica auctoritate decernimus, * quod a data presentium sit tibi et eisdem successoribus in premissis omnibus et eorum singulis, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris perpetuata potestas et iurisdictio attributa, ut eo vigore eaque firmitate tu et dicti successores possitis in premissis omnibus, ceptis et non ceptis, presentibus et futuris et pro predictis procedere, ac si predicta omnia et singula coram te et successoribus prefatis cepta fuissent et iurisdictio tua et successorum eorundem in predictis omnibus et singulis per citationem vel modum alium perpetuata legitimum extitisset, constitutione predicta super conservatoribus et alia qualibet in contrarium edita non obstante. Datum Avinione, V idus martii pontificatus nostri anno sextodecimo[4].

[4] *1394 März 11.*

[a] Privilegium - commissum *IM 3626v, auf der Plica* Gratis pro familiaribus domini nostri pape. Poncius *[= Pontius Beraldi]*